I

iber hic est fratris Joannis Jufre de Loaysa

Magister Rhodi
Guillielmus Caoursin vicecancellarius Rhodi.
Editio historiarum

Guilhelmi Caorſin Rhodioꝝ Vicecancellarij: obſidionis Rhodie Vrbis deſcriptio.

R hodie vrbis obſidionem deſcripturus: cauſas in primis narrare inſtitui. que turchoꝝ tirannum machometem potiſſime impuelrunt: vt tanto conatu Rhodios aggrederetur. Licet enim cum thurcis non parua diſcidia rhodij habuerint: cum eo tamen (qui nũc imperat: poſt conſtantinopolis expugnationem) grauia geſſere bella. Inimicus quidẽ vires indies augens: inſolentior redditur. cumqꝫ quatuor et viginti annoꝝ curriculo complures ſibi vicinas ditiones ſubegiſſet: animo inflatus egre admodũ tulit. Rhodiam vrbem equitumqꝫ ierosolimorum ditionem finitimam: eius imperio liberam abſolutamqꝫ eſſe. Maxime ꝙ diuerſo tempore quatuor claſſibus inſtructis. caſtella ⁊ rhodiorum agros inuaſerit obſederit ac oppugnauerit: ex quibꝰ ignominiam diſcrimen et cladem reportauerit. ex thurcis namqꝫ multi trucidati: palo ſuffixi: furcis ſuſpenſi: ſagittis affecti. lapidibuſqꝫ ceſi: calamis peruſtis ſuffoſſi gladijs obiecti: membratim diſcerpti perierunt. et ſic terra mariqꝫ ſuccubuerũt hoſtes. Conſpecta igitur rhodiorum militum generoſitate: qđ vi aſſequi nõ potuit dolo verſuciaqꝫ tentare decreuit. Sepius ſubmiſſis greculis: qui ſibi parent confederationem cũ rhodijs inire. equa conditione promiſſa: dummodo quidpiam tributi titulo concederetur. Cum vero reiectum vectigal ſepenumero videret. arte pacem tractat. eam ratam habet: ſi tacita tributi conditione orator Hieroſolimorum cum muniſculis tribunal ſuum adeat. Arbitratus quidem ſe munera tributi titulo accepturũ: que rhodiorũ magiſter munera vocitaret. fallitur quoqꝫ hoſtis hoc commento: nec rhodij conditionem recipiunt. eiqꝫ coniungi contempſerũt: qui fidẽ chriſti perſequitur. quã ipſi ex profeſſionis voto tutantur: defendũt et iuuant. His de cauſis rabidus hoſtis: odium contra rhodios inexorabile concepit. menteqꝫ deſtinauit vrbem ſi poſſet perdere: ⁊ rhodiorũ nomen penitus delere. Impulſus quoqꝫ eſt quorundã perſuaſionibus qui ad thurcos defecerant: abditaqꝫ vrbis cognouerant. Inter quos primũ locum obtinuit vir nepharius ⁊ perditi ingenij Anthonius meligalo rhodius non infimo loco natus: qui rem domeſticam iampridem dilapidauerat. Is rei domeſtice penuria ductus: diutius cogitans. quonam modo rhodijs infeſtus eſſet: ⁊ patrie cladem afferret. vrbis propugnacula turres menia abdita loca munitiones diligẽtius ſpeculatus: ciuitatis ſitum edificiaqꝫ deſcribẽs ad thurcũ traiecit. Conſtantinopoli quoqꝫ degens: vane policitationis ſpe vrbis potiunde data. quendam baſſiam greculum ex nobili paleologorum familia natũ: ad nephandum facinus allexit. Sequutus eſt huius veſtigia euboicus quidã demetrius ſophiano: vir quidã ſuperſtitioſus ⁊ maleficus. qui poſt euboycam direptionem ad thurcum defecit: aliquando rhodi habitauit. ⁊ poſtea nunciꝰ nomine de pace tractauit: hic etiam ſuaſor obſidionis extitit. Exactis itaqꝫ his inordinandis ſuadendiſqꝫ annis tribus: tandẽ res baſſie placuit. Profuit ad id inducendũ apoſtatarum plurimorũ qui fidem abnegauerant iniquitas: qui peruerſorũ ſuaſus ꝓbarunt. Aſſerebat proditor Anthonius: vrbem nõnullis locis veteribus muris vetuſtate collapſis facile inimico patere. ac paucos ciues defenſoreſqꝫ adeſſe et plerũqꝫ commeatuum tritiqꝫ penuria laborare: ſubſidia a longinquis regionibus rho

dios expectare que tempori adeſſe nō poterint. Idē teſtatur demetrius: id quoqȝ
ſequaces aſtipulantur. his iactis fundamentis: ſuadebant facinus aggredi opoꝛte
re. Dum hec biſantij agitarentur: rhodioꝝ clariſſimus princeps ac magiſter. Pe
trus Daubuſſon. vir quidē magno ⁊ excellenti ingenio ac prudentia preditus: illu
ſtri familia apud galliam celticam natus (quem ea nō latebant) diuino inſtinctu
edoctus: vetuſtioꝛa vrbis loca delapſa ⁊ minꝰ munita. toto triennio magnifice ere
xit muniuit ⁊ amplauit: excogitauitqȝ frumenti vini ⁊ commeatuū magnam copiā
comparare. Religioſoſqȝ ⁊ mercenarios milites accire: quo vrbē tueretur. pro qui-
bus deuehendis ⁊ conducendis: epiſtolas mandatoꝛias ad diuerſas oꝛbis puin
cias deſtinauit. Ita nutu dei ⁊ magiſtri opera: ciuitas munitur. cōmeatus cōparā
tur: naues ac milites ad tuitionē accedunt. Proditoꝛ Anthonius hoꝝum inſcius:
arbitratus omnia apud rhodios negligētius preteriri. Inſtigat baſſiam vt prope-
ret ⁊ rem memoꝛatu dignā aggrediatur: idipſuȝ ſuadere conatur demetrius. Quo
effectū eſt: vt baſſiam ad thurcū ea ex oꝛdine referret. Sepius quoqȝ inter thurci
ſatellites re agitata de rhodie vrbis expugnatione conſultatur: de qua varia oꝛit
ſententia. quibuſdam narrātibus: rem penitus inanem eſſe. nec id poſſe facile con
ſequi: ob vrbis magnificenciam ⁊ militum generoſitatem. qui aſiaticis pares cen-
ſeri nō debent: quibus moꝛtē potius oppetere q̄ aliquid turpiter inbecilloqȝ agere
animo eſt. Alijs rem facileȝ cauſis certis affirmātibus: nec tam paruo tpe quibuſ-
uis magiſtrum puidiſſe. Quare ſi cum celeritate atqȝ diligentia exercitus mariti
mus atqȝ terreſtris comparetur: vrbem haud dubio expugnaturum iri putāt. Ac
cerſiuntur ad hanc conſultationem diffiniendā: machinarū viri periti. Inter quos
numeratus eſt Geoꝛius vir vafro ſubtiliqȝ ingenio: qui ex chrijs ad thurcū dudū
defecerat. Conſtātinopoli quoqȝ degens: vxoꝛem ⁊ liberos nutriebat. a thurco di
lectus: ⁊ plurimis gratijs dotatus. Is aliquādo rhodi fuerat: vrbemqȝ tabula de
ſignauerat. ſed tunc nō tam munita fuerat. preterierant namqȝ anni viginti ab eo
tempoꝛe quo eam viderat. Deſcripſerunt quoqȝ ⁊ thurci iuſſu plures egregij arti
fices rhodie vrbis ſitum: ſed Geoꝛius cunctos ſuperauit. Magnis itaqȝ rationibꝰ
adductis: vicit tandem ſententia. vt vrbis oppugnatio vi magna fieret: huic fun-
damento inherentes. nullos tam craſſos muros eſſe. qui machinarum impetu de
moliri non queant. magnamqȝ thurci eſſe potentiam: qui duo imperia duodecim
regna tot puincias totqȝ vrbes ſubegit. hoſtem quoqȝ nō parum mouit: rhodie
vrbis ſitus: ad comparandas claſſes aptiſſimus. inſuleqȝ celebritas: magnis laudi
bus ab antiquis predicata. quā ob loci magnificētiam aerisqȝ ſalubritatem: ⁊ ad
oꝛientis puincias ſubigendas comoditatē. potentes quōdam rhomani: beniuo-
lam ⁊ ſibi amicam reddidere. Putatqȝ ſi hac potitus fuerit: finitimis ſubactis diti
onibus fines ſuos per egeum ioniumqȝ facile pelagus pꝛolaturum. Reſiſtentibus
itaqȝ quibuſdam preclaris baſſijs: in ſiniſtrum preſagientibus. claſſis inſtauratur:
exercituſqȝ comparatur. Decretūqȝ eſt: vt milites terreſtre iter faciant: traiectoqȝ
heleſponto per aſiam in litiam (que rhodioꝝ inſule adiacet) pergāt. Et per fre
tum litium a phiſco antiqua continentis ciuitate duo ⁊ viginti milibus paſſuum
diſtante: rhodium nauigent. reliquus vero machinarum ⁊ belli ingenioꝝum appa
ratus: cū parte copiarū claſſe deuehitur. Baſſia paliologus expeditionis prefectus
claſſem conſcendens Anthonium perquiri iubet: quem paulo ante moꝛtem turpi-
ter obijſſe comperit. accerſito igitur Demetrio: ſatellitem adhibet. Tunc paſſim ru
moꝛ exijt: claſſem ⁊ copioſum exercitum in rhodios parari. Thurcus vt hec res la
teret: aditus poꝛtus ⁊ paſſus cuſtodit: pꝛohibetqȝ ne quis nunciū deferat. Sed nō

valuit eius aſtucia magiſtri ſolertiã prohibere: qui aſſiduis literis ⁊ nũcijs ex thur
chia apparatum intelligit. nõnulli quoqꝫ ex nuncijs in dolo verſati ſunt. Nam cũ
exercitus in licia degeret claſſem operientes: affirmarunt vita thurcum exceſſiſſe ⁊
alijs de cauſis exercituꝫ illic adeſſe. Dum hic rerum ſtatus eſſet: ſumma cura prin
ceps noſter hoſtium dolos acute proſpitiens cuncta diſponit: ⁊ de preſidijs lango
nis caſtelli ſancti Petri feracli lindi monoliti ordinat. que loca defenſoribus com
meatibus machinis ⁊ ceteris bello aptis muniuntur: omnis plebs cum ſupellectili
rhodum ⁊ opida intrat. ordei quod maturum fuit colligitur quantocius frumentũ
crudum (nondum enim meſſis aderat) quod vrbem circũdabat prout cuilibet fa
cultas fuit populus eradicat colligit ⁊ in domos portat.

Claſſis in mari veniens.



Dum hec magno cũ tumultu agerẽtur: vigil in ſpecula mõtis qui in occidente ver
git ſacello ſancti ſtephani ſacri nunciat claſſem apparere extenſiſq; velis nauigare.
Magna quippe populi frequẽtia ad hoc ſpectãdũ ↄcurrit: tota ciuitate trepidatur.
populiq; clamore cũcta reſonãt: claſſis phiſcũ nauigare ſperãs. vt milites qui ter
reſtre iter fecerãt ↄſcendãt: ⁊ rhodiorũ vrbẽ freto trãſiecto nauigẽt repente velis cõ
uerſis: ad noſtra declinat littora. Appulit itaq; ea claſſis velox centũ. Decimo calẽ
das iunij anno incarnationis verbi domini milleſimoquadringenteſimooctuage-
ſimo. militeq; primũ in terrã expoſito: In vertice mõtis ſancti ſtephani ⁊ circa ci⁹
montis colles caſtrametati ſunt. machinas quoq; ⁊ bellica ingenia in littus exone
rãt: eo in loco quẽ ab ipſo monte defluens aqua abluit. qui ab rhodijs obice collis
ſpectari non poteſt. His peractis: pars ad deuehendum terreſtrẽ exercitum phiſcũ
nauigat. In claſſis aduentu. quidã thurci equeſtres pedeſtreſq; verſus vrbis me-
nia audacia quadã freti irruũt. eruptione aũt a nr̃is facta: hoſtes fugãtur fundũtur
quidã quoq; ex eis trucidãtur. Poſtea dũ noſtri ↄmeſſarẽtur: altera eruptione fa
cta: thurci ꝓpellũtur cadũtq; nonulli. ex noſtris vero miles vnus perijt: qui incau
tius manũ ↄſerebat: cuius ſpolia ⁊ cadauer noſtri ſibi vẽdicãt: thurci aũt capite ab
ſciſo illud lancee ſuffigũt ad ſuos quoq; cũ plauſu reuertũt. Poſtridie eiuſdẽ diei
qua claſſis appulit: hoſtes tres ingẽtes machinas i ortis eccleſie ſancti anthonij vi
cinis arboribus omnis generis fructuũ cõſitis collocãt. turrĩ quoq; ſancto Nico
lao dicatã: in vertice molis ſitã oppugnare conãtur. eaſq; machinas lignearꝫ mu-
nitionũ ꝓpugnaculis operiũt: defendũtq;. Noſtri vero munimẽtis que repara vo
cãt ↄſpectis: tria tormẽta que bombarde vocanẽ ab hoſtiũ dextra in ortulo palacij
militum aluerniorũ ſtatuũt. Eiuſq; diei diluculo: Georius machinarꝫ egregius arti
fex (de quo habitus eſt ſermo) repente ad foſſe ripam (que magiſtri palaciũ mu-
nit) viſus eſt. amice omnes ſalutans: clamanſq; vt introducatur. ab rerũ ignaris
pene confoditur defenditur ab alijs: ex temploq; ad magiſtrũ producitur. vir enim
erat corpore procero. forma eleganti: ſatis eloquens. magna aſtutia: cui germania
patria eſt. Rogatus de cauſa aduentus: reſpondit. zelo fidei compulſus: ⁊ publico
xp̃iane religionis commodo ſuaſus ad noſtros defeciſſe. placide excipitur: lauda-
turq; propoſitũ ſi in eo perſiſtat. De hoſtis exercituſq; habitu diſpoſitione ac quali
tate conſultus: conſtanter prudẽter intrepideq; reſpondit. Inter cetera: edocet nu
merũ militũ omnis generis centũ milia vel circiter adeſſe. claſſem eã quã diximus:
machinas ſedecim ingentes deuexiſſe. quarũ longitudinis dimẽſio duorũ palmo-
rum ⁊ viginti fertur: que vehementiſſimo velociſſimoq; iactu globos ſaxeos ro-
tunditatis palmorũ nouem pleroſq; vndecim torquẽt. De huius viri defectione:
varie quidẽ ſententie ſuboriũtur. Quidã exploratorẽ affirmãt ⁊ figã cõmẽto aſſi
muliſſe: vt rhodios fallat. Nonullorꝫ aſſertio fuit: eum callidũ ⁊ maleficum virũ eſſe
multaq; olim effinxiſſe. Quibuſdam aliter ſentiẽtibus: ⁊ in bonã ptem defectionẽ
interpretãtibus. q; prudẽs eſſet ⁊ penitẽs erroris id fecerit: ſapideq; itelligeret hec
rhodijs machinari non poſſe. vbi tam prudentem principem: ⁊ expertiſſimos mili
tes ſciret degere. Augent ſuſpitiones epiſtole: ex caſtris thurcorum in ciuitatem ſa
gittis miſſe. que Georiũ inſimulãt: ⁊ ab eo cauẽdũ eſſe dictitãt. Magiſter ingenio
ſolers ⁊ perſpicax: Georium arcta cuſtodia ſeruari iubet. ſex robuſtiſſimis comiti-
bus adhibitis in his que machinarum iactum et bellorum ingenia ſpectant: ipſius
arte caute vtitur. Omni igitur conatu thurci ad expugnationem turris et molis
Sancti Nicolai incumbunt: ſi hac potiantur. putant: vrbem in ſuam poteſtatem
facile venturam. Eſt enim moles ipſa Trecentorũ circiter paſſuũ in mare ꝓtenſa:

miro artificio ab antiquis manufacta que ſuo progreſſu: portū triremibus aptum a parte occidētis efficit. Cuius introitus cautibus cōcluditur: vt triremis introire vix poſſit. In molis quidem vertice ſeptentrionē ſpectāte: arx (de quo ſermo eſt) magnifice noſtra etate erecta eſt. vbi priſcis temporibus: colloſus ille ingēs rhodi⁹ (vnum de ſeptem mirabilibus mundi) poſitus erat. Qui poſt tres ⁊ quinquaginta annos (quo fuſus eſt) terre motu corruit: Vſqȝ portus rhodij ſpectat. Machinis quoqȝ illic collocatis: ſublimes quedam turres (que portum claudūt) valide oppugnari ac dirui. naues quoqȝ ne portum ſubeant prohiberi: haud difficile poſſunt. Loci igitur ⁊ turris oportunitate hoſtis allectus: omni conatu arcem agreditur quatit oppugnat iactuqȝ trecentorum lapidū ſpericorum diruit. eam preſertim partem que occidentem ſpectat: ruina quidem turriȝ munit. Licet enim ſuo pondere ictuumqȝ vehementia: ſaxa ingentia (ex quibus edificata erat) laberentur: tamen materia calce arena ⁊ lapillis immixtis confecta: adeo demoliri nō potuit. q̄n turris potior pars ſtaret. ex quo facilis aſcenſus hoſti negetur. Terrori fuit tāti edificij lapſus. Multorū enim annorū opus illuſtre: temporis momento ruit. Preter quoqȝ plurimorū opinionem: ingētes ⁊ impetuoſe machine illā arcem lacerāt deturpant ⁊ deuaſtāt. Cum aūt turris labefacta: vix tutabilis videretur. ſtatuit magiſter induſtria ingenio vigilantia roboreqȝ militū eam arcem tutari: que murorum craſſitudine defendi non potuit. Adhibitis viribus: ſumma cura parātur que turri ⁊ moli preſidio ſint. Milites igitur in primis ſtrenuiſſimi deligūtur: qui locū defendant. vallumqȝ ex lignis efficitur: quod turrim claudat foſſamqȝ cautibus exciſis circūducit. collocatur in turri preſidiū validum: pro loci turriſqȝ capacitate. namqȝ iuſſu magiſter (qui aſſiduo cogitatu tuitioni loci inuigilans) non formidat cimba vectus: diruptam arcem viſere. dum machine lapides torquerēt: calce ⁊ lapide oppletur vt locus vix cōmilitonū capax reddatur. Conſtituitur ⁊ aliud preſidiū equeſtrium ⁊ pedeſtriū in antemurali (quod a turri ſancti Petri ad inferiorē mādrachij partem protenditur) qui tranſitum turris prohibeāt. humile nāqȝ mare ⁊ vadoſum illic tranſiri poteſt: vbi ⁊ vegetum munitiones parate. ⁊ tabule clauorū infixione infeſte in profundo fixe ſunt: que impedimēto eſſent hoſti vadēti. In vallo aūt radicis molis milites electiſſimi locati ſunt: qui pugnātib⁹ noſtris preſidio ſint. Vbi magiſter in ſignis armis auroqȝ fulgens: facinori clariſſimo intendebat. Diſponūtur ea parte murorum vrbis bombarde ⁊ tormenta: que triremes ⁊ thurcorum nauigia expugnēt perfringantqȝ. prope quoqȝ cautes eius arcis cimbe cōbuſtibilibus complete ſtationem habēt: que in oppugnatione incendantur ⁊ hoſtium claſſi incendiū afferāt. his rebus magno ſubtiliqȝ ingenio diſpoſitis: fiūt vigilie p̄ſtolaturqȝ hoſtium inuaſio. Demum exorto lucifero: dum zephiri placide flarent: thurcorum triremes a littore cautium montis ſancti ſtephani ſoluūt: ſuperatoqȝ ſaburre promontorio nauigant eamqȝ turrim oppugnant.

Moles et turris ſancti Nicolai diruptaːet pugna mari et terra.



BIBLIOTECA NACIONAL

Primo cõgreſſu anteq̃ in terrã deſcendãt ingenti clamore ⁊ timpanorũ ſono vo-
ces edunt: vt terrori multitudo ſit. Noſtri aũt in armis diſpoſiti: preſto adſunt. Cũ
enim triremes turrim oppugnãt: machine ſaxa iaciũt: preſidiũ (quod in turri loca-
tũ erat) armorũ vi baliſtis iactuq; lapidũ: hoſtem ꝓpulſat. Pelluntur thurci: fugã-
tur ⁊ trucidantur. Ea in pugna (quemadmodũ poſtea a perfugis relatũ eſt) ſep-
tingenti thurci interiere: plurimi vero vulnerati ſunt. Victoria potitus princeps:
inſigni equo vectus. illuſtri comitatus phalango: vrbem (more triũphãtis) intrat
ſacellũq; (quo imago ſacratiſſime virginis philermi mõtis miraculis percelebris
poſita erat) viſitans: gratias agit. ⁊ demum ad reficiendos animos militum: do-
mum reuertitur. Perdita tunc ſpe arcis moliſq; potiundi: viſoq; valido militum
preſidio. thurci grandioribus viribus arcẽ aggredi: aliaq; loca oppugnare ac me-
nia diruere ſtudent. vt defenſoribus diſtractis: vno momento molẽ ⁊ loca dirupta
inuadant. ne vires noſtrorũ vnite eſſent: ⁊ dum diuerſas partes tutari cogitarem⁹
negligentius in mole res agatur. Sequenti igit̃ nocte: magno clamore viroꝝ one-
ra ſubeuntiũ cũcta reſonant: machinas ad menia hebreorũ vehũt. ãte hos muros
octo ingentes machinas collocãt: que munitionibus defenſe in menia ſaxa grãdia
iaciũt. Aliã machinã ꝓpe radicẽ molis que ad ſeptentrionẽ vergit (in cuius ver-
tice damnati: extremo afficiũtur ſupplicio) ponũt: que in vertice molis molẽdinorũ
in turrim ⁊ molendina ſupra molem edificata globos ſaxeos torquent. Hoſtium
propoſito cognito: magiſter ſolita prudentia cuncta dirigens. diuinis ſupplicationi-
bus cum populo ⁊ commilitonibus innitens: munitiones ad interiora vrbis parat.
Iudeorum edes (que in pomerio erecte erant) diruuntur: vallum paratur. foſſa
cauatur: ⁊ murus foſſe ſumma arte et diligentia obicitur. Inter diu noctuq; operi
intenditur. Non magiſter. non bailiui: non priores: non milites: non ciues. nõ ne-
gociatores: non matrone. non nupte: non virgines: opere vacant: lapides terram
calcem: humeris portant. Auro argento ſupellectili non parcitur: vt publice ſaluti
conſulatur. Machine hoſtiũ. vehementiſſimo impetu menia quatiunt: ⁊ faciẽ egre-
giorum lapidum diruunt. Tanta enim erat iactus violentiaq; tormẽtorum: vt om-
nibus admirationi fuerit. Nulluſq; rhodi degens (vbi ex omni natione latini no-
minis: nonnulli verſabantur) compertus eſt: qui non affirmaret. vllo vnq̃ tempo-
re: tales machinas vidiſſe aut audiuiſſe. Id quoq; Georius prefuga affirmauit: ⁊
nuſq̃ terrarum tam grandes inueniri aſſerit. Dum enim ſaxa iaciunt: in lapidum
exitu. ſonus ingens editur: qui tonitrui inſtar reſonat: fumuſq; tanq̃ nubes craſ-
ſa: diuturno tempore in aere vento fertur. quorum ſonus plerumq; ab opidanis ca-
ſtelli rubei auditus eſt: quod a rhodo centum milibus paſſuum orientem verſus di-
ſtat. ipſe quoq; machine: mirabilius quoddam efficiebant. Machinarum poſterio-
ra in munitionẽ (que palis terre affixis fabricat̃) tã grãdem impetũ reddebant:
vt inſtar motus terre edificia vrbis paululũ hoc pulſu mouerẽtur. Spe igit̃ in me-
niũ tuitione ꝑdita: totis viribus vallo foſſa ⁊ munitionib⁹ interiorib⁹ tutamẽ cõſti-
tuim⁹. Nec hec hoſti ſuffeciũt. Aggredit̃ quippe alio terrore vexare. Collocat eni
omni ex ꝑte tormẽta ⁊ mortaria: que ex trãſuerſo edificia vrbis verberant diruant
mortaleſq; cõterãt. hec tormẽta mortaria dicta: interdiu noctuq; ſaxa ſupra i aerẽ
ſublime iaciunt. Erat quippe populo ingenti terrori: qui in aere tam grandes glo-
bos ſaxeos conſpiciebat. Non enim paruam anxietatẽ id mĩs incuſſit. Plus tamẽ
noctu q̃ interdiu terroris attulit. nullus in priuatis domib⁹ tut⁹ videbat̃. Quili-
bet latebras queritabat. verũ ei vulneri: mẽs humana medet̃. Iuſſu magiſtri mu-
lieres infantes ⁊ omnis imbecillis etas in pomerio collocat̃: ⁊ craſſa trabe ꝓtegit̃.

Ea namqꝫ ingenia: raro illic decidunt. Ad vrbis quippe frequentiora loca dirigũ
tur: vt mortales conterant domoſqꝫ quatiãt. Iuuenes vero ⁊ robuſti qui interdiu
ſaxa ſuſpiciebant: tormenta facile vitabant. Noctu aũt: quidam caueas ſubterra-
neas: quidam valuas craſſiſſimas: quidã fornices ⁊ ſacras edes querẽtes ſub eis:
trepidum ſomnum carpebant. hoc quoqꝫ miraculo fuit nutuqꝫ dei factũ eſſe haud
aliter creditur: qui publicis ſuplicationibus aſſidue eccleſijs ⁊ altaribus exorabãt
⁊ cum plura ſaxa machine torquerent: pauci tamen mortales ⁊ quedã bruta eorũ
iactu interierunt. que potius domorum ruina iactu lapidis collapſarum: quã ſaxei
globi põdere attrita ſunt. Hoſtes quoqꝫ id parũ arbitrati: duas machinas ex grã-
dioribus in eminentiori loco (qui ad heſperum vergit: ex quo vrbis defenſio pro-
ſpicitur) collocant. que aſſidue in vrbem ⁊ loca edificijs frequẽtiora ſaxa torquẽt.
Nec ipſe machine (licet terrori eſſent) damnũ inſigne ediderũt: nec mortales oc-
ciderunt. prepedite nõ ambigo orationibus: que deo eiuſqꝫ genitrici marie virgini
intemerate ⁊ beato Ioanni baptiſte fiebant. Baſſia vero: principis noſtri vigilan
tiam ⁊ ingenium conatibus ſuis inficere cõiectans. Magiſtrũ dolo interficere ag
greſſus eſt: ſubmiſſis quibuſdã qui defectionis ꝑtextu eum adorirentur. Quo euer-
cto rerum arbitratur omnibus facile potiturum. Hoc quidem nephandũ facinus
perfuga quidam veneno perficere ſtatuit. comite accito: qui poſtridie cũ toxico vr-
bem intraret. his perfugis baſſia grãdia pollicetur: iſtud vt facilius perficiãt. Qui
prior ingreſſus eſt. examini prudentum (vt ceteri ſubijciunt) cõtrarijs ſermonibus
deprehenditur: crimẽqꝫ vltro pandit. Monetqꝫ vt caueat princeps: quia plurime
in eum ſunt parate inſidie. Damnatus perfuga: ſecuri percuſſus interijt. Cum vo
ſceleris comes venenum geſtans ad nos tranſiret: a quibuſdam vix tutatus con-
foſſus eſſet. Unde perterritus: ad thurcos reuertitur. Dum hoſtis Italice ſtatiõis
menia oppugnat: nocte ad ripam foſſe munitionẽ ac reparationẽ diligentius erigit
hoſtilibus munimẽtis foſſe adhibitis a noſtris cõſpectis: de his dirimendis cõſiliũ
agitur. Deliguntur fortiſſimi iuuenes quinquaginta: quibus miles ordinis ꝑficit
egregius. Eruptione thurcorũ itaqꝫ facta: per foſſas oculto noſtri vadũt. Ubi ad
partẽ munitioni obiectam ventũ eſt: ſcalis erectis ripam foſſe ex templo cõſcendũt
ſagittis gladijs ⁊ ſaxis hoſtes perſequuntur: fugant miſerabiliterqꝫ trucidant. Ea
in pugna: thurci decẽ in gladio ceſi ſunt munitione facta. Egregij iuuenes: victo
ria potiti. quatuor capitibꝰ hoſtis affixis vrbẽ ouantes intrãt: opidanorumqꝫ ingẽti
plauſu excipiuntur. Magiſter aũt victores muneribus donat: ad incitandũ iuuenũ
animos aliorumue ad queqꝫ egregie obeunda alliciendos.

Turris diui Nicolai: et Eccleſia Sancti Antonij.



Paucā diebus interiectis: thurci turris potiunde deſiderio compulſi. ſuperiorīqꝫ
clade repulſa accenſi arcem ſancti nicolai grandiori conatu arte ⁊ ingenio aggre-
diuntur: munimenta quoqꝫ ⁊ propugnacula iactu machinarum demoliūtur. Quod
proteritur: ſumma diligentia reſtituitur parant ad conflictum ligneum pontem: qui
ex ſacello ſancti Anthonij turris in molem tranſitum prebeat. Pons aūt ex lignis
varijs vegetibus conexis: quibus aſſeres clauis cōfixe erant conſtruitur. latitudo
ſex militum equo gradu fronteqꝫ dimicantiū capax fuit: lōgitudo vero tanta erat
que litus vtrumqꝫ contīgeret. Pontem in mare thurci ad ripam molis traducere
ingenio proponunt. Anchoram enim rudenti alligatam quo fune pons religatus
erat circa molem hoſtes in mare deijciunt: vt tracto fune anchoraqꝫ mordaci den-
te renitente pons in vlteriorem molis ripaꝫ natare compellatur. A noſtris arte co-
gnita: nauta quidam rerū maritimarum nō ignarus. noctu vndis ſe obruit: ancho-
ram ſoluit: fune cautibus remiſſius alligato: qui parua vi diſſoluatur. Egregiū fa-
cinus: ad magiſtrum detulit· qui aureo munere donatus: gaudens comitum plau-
ſu ad ſtationem molis reuertitur. thurci comperto dolo cum primum pontis deie-
ctionem experiuntur: ſtatuūt ſcaffarum remigio pontem ad ripā tranſuehere. No-
ſtis quoqꝫ tante rei intentus: ad oppugnationē triremes triginta paratas bene qui-
dē munitas ⁊ ad cōflictum ornatas ſubordinauit. Preter has quoqꝫ adijciūt non-
nulla oneraria nauigia parandarias vulgo dictas: ex quibus quedam machinis ⁊
farcis globis tormentis adaptatis onuſte fuere: vt ſi turris victoria potirent̄: repē-
te ex eo loco portum turres meniaqꝫ diruerent ꝓſternerēt ac demolirent̄· Nec p̄-
termittūt celeriores cymbas diſponere: que thurcoꝝ ſtrenuiſſimos quoſqꝫ ad mo-
lē deuehāt· qui primi noſtros aggrediātur: ⁊ cū eis manus cōſerāt· quibus ꝓliantī-
bus: ceteri ex ponte ⁊ triremibus in molē deſcendāt. Imponūtqꝫ triremibꝰ ⁊ pan-
darijs nō paruas machinas: quibꝰ noſtros ꝓſternere poſſent. Grādes quoqꝫ ma-
chine: que turrim diruerāt ad tēpus incīdi ꝯflictus officio fungātur. Princeps ꝯo
nr̄: rerū ſumme inuigilās ſubtiliqꝫ ingenio ⁊ ſolerti mēte cūcta diiudicās· fretꝰ ſtre-
nuiſſimi cuiuſqꝫ cōmilitonis ſentētia (⁊ qui ex occidētali natiōe optato aderāt: nec
defuerūt pleriqꝫ indigene greci ingenio manuqꝫ prompti) ſumma cura: arcis de-
fenſioni cōſulit. Suſpicati enim poſt primā pugnā qđ ꝯtigit turris ⁊ moles ꝓpug-
naculis foſſa valloqꝫ abundātius munitur. acceſitis operarijs fere mille: qui inter-
diu noctuqꝫ cautibus excīſis rupibusqꝫ demolitis· quod expetitur cōficiūt: nec in-
pēſarū parcitur ſarcinis. Preſidia quoqꝫ in turris ruina collocātur: pariter ⁊ alia
preſidia in radice molis diſponūtur que noſtris (caſu vrgente) opitulentur. Rebꝰ
ſic ad pugnā paratis ſub dubitauere nr̄i: ne thurci duobꝰ locis vrbē eodē momēto
aggrederētur. vt vires partirētur: ⁊ qđ cupiūt facilius cōficiāt. Qui incomoditati
⁊ periculo: magiſtri prudencia ꝓuidit. Preſidia quoqꝫ robuſtiſſimorū in menibus
iudeorū: ac italie ſtationis (que iam iactu machinarū: partim demolita erāt) ſta-
tuit. qui tuitioni intēdant: nec ſuo in iuſſu diſcedāt· Non eſt qui ſane rem diiudica-
ret: ac ſentiret nr̄am ſalutē in turris tuitiōe collocatā eſſe. Quo fit: vt vno ore om-
nes. tāꝙ̄ fidei veri athlete eius tuitiōi cōſulerēt: ⁊ vt cōe xp̄ianoꝝ domiciliū ſerua-
rēt. in quo plurimoꝝ equitū iheroſolimoꝝ ac nobiliū infimoꝝqꝫ latinorū pariter gre-
corū rhodiorūqꝫ virtus ⁊ animoſitas enituit: q̄ cōcordi audacia ⁊ animoſitate aſi-
lū ⁊ tutiſſimū xp̄ianorū refugiū rhodiā vrbē tutāt̄. duo etiā mercenarij iuuenes: q̄
t̄ris p̄ſidio aſcripti ſunt ꝯp̄hendūt̄ arma ī pelagꝰ deieciſſe. q̄ facinore ꝑpetrato: ad
turcū deficere ꝓponūt. Crimīe dānati: capitis ſuplitio afficiūt̄. Ad t̄ris demū op-
pugnationē: turci. xiij· calēdas iulij intēpeſta nocte t̄ra mariqꝫ ſūmo ſilētio accedūt.

Ubi vero pugnam inire conantur: grandi cũ clamore tympanorumq; ſono inua-
dunt. Noſtri quidem arrectis auribus: hoſtiũ impetum comperientes. vbi eos ad
eſſe comperiunt: gladios ſtringunt. baliſtis ꝛ tormentorum iactu hoſtes laceſſunt.
deturbantq;. hoſtium triremes ac cymbe littoribus adherent: pons quoq; tradu-
citur quo conſcenſo hoſtes tranſeunt. Noſtre quidem machine in muri collocate:
globos ſaxeos torquent. Pons natans frãgitur: thurci mergũtur. quatuor quoq;
triremes ꝛ nauigia tormentis onuſta: iactu machinarũ proſternuntur ꝛ vndis ob
ruuntur. thurci frequentes qui ex cymbis ꝛ triremibus in molẽ deſcenderant a no
ſtris ceduntur trucidanturq;. ignes etiam in claſſem ſolutis lintribus immittuntur.
Nec thurci impigri bombardis reſpondẽt. ignes iaciũt: ſagittas impetuoſiſſimas
ex baliſtis ꝛ catapultis torquent magna vi in obſcuro. ꝛ dum ignes iacularẽt: lucẽ
plerumq; preberent: acriter pugnatur: et a media nocte vſq; ad horam decimam
diei ſequentis durãs pũgna. propulſatisq; hoſtibus ac victis dirimitur. Vidiſſes
toto triduo hoſtium cadauera littore iacentia: auro argento inſigniq; veſte fulgen
tia. ꝛ cõplura mari fluctuantia: que pelagi eſtus (vt natura ſolet) in ſuperficie fere
bat: quorum ſpolijs cõplures potiti ſunt: ꝛ ex his nõ parum comodi eis vendicãt.
Inſignis quidẽ hec pugna fuit morte clarorũ virorũ qui thurcis preerant: quorũ
interitus merorem ꝛ luctũ hoſti attulit: preſertim generis thurci viri quidam ſtre-
nuiſſimi a thurcoq; dilecti: eiuſdem mors magno fuit valde merori inimico. Cuius
cadauer poſt triduum mari ebuliente in molis littus deuectũ reperitur: eiuſq; ſpo
lijs quidam ex noſtris potitur. Profuge (qui poſt prelium ad noſtras defecerũt)
edocent exercitum magnã cladẽ accepiſſe: thurcoſq; ea in pugna duo milia quin-
gentos cecidiſſe. Ex eoq; baſſiam ingentem merorem concepiſſe: qui tres dies in
tra papiliones frequentia cõmilitonum prohibita ſe continuit: ꝛ ſtragem thurcorũ ce
lerius denunciari eo quoq; mens eius roditur. q̄ poſt tantam ruinam turri illatã:
arce potiri non potuerit: Et q̄ tantam in eius oppugnatione ignominiã acceperit:
exiſtimans thurcẽſem numeroſum exercitum inualidum eſſe. qui turrim corruptã:
expugnare non valuerit.

Obſidio Rhodie.

QUm autem ſpem turris expugnande perdidiſſent: conatū ſtudium indu
ſtriam omneſqꝫ vires ad ciuitatem omni ex parte oppugnandam conuer
tant. Et licet ad menia iudeorum ac italie ſtationis animū potiſſime con=
uertant: non ceſſant tamen circumquaqꝫ muros verberare ac demoliri· hoſtis ce
ptum opus cōtinuat: aſſiduoqꝫ conatu aggreditur propoſitum conficere· Excogi=
tant· itaqꝫ turci ad vrbē ingenio occulto propinquare: foſſas laborinthi perſimiles
effodiunt. quas lignis arborū ramuſculis contextis edificant· terraqꝫ operiunt: vt
latenter ad foſſas vrbis accedant. Propugnacula quoqꝫ multis in locis cratibus
de viminibus cōtextis edificant: ex quibus aſſidue ſagittāt. colubrinis quoqꝫ ac ſer
pentinis noſtros deturbant fatigāt: penſantqꝫ eis conducere: ⁊ aliquam partē foſ
ſe (que menibus adiacet) opplere. Opera itaqꝫ ab hoſte adhibita: lapides conge
rere non ceſſant ⁊ oculto in foſſam iaciunt· Operis aſſiduitate pars foſſe oppletur
antemurali quoqꝫ equatur. ex quo ⁊ murorū ruina in dorſi formam redacta: facilli
mus conſcenſus in menia efficitur. Precellentiſſimus princeps noſter rhodiorum
magiſter his conſpectis: diuino quodā ingenio agendis incumbens. nil pretermit
tere decreuit: quod ſaluti vrbis conducere videatur· Maturitateqꝫ ac ſolita mode
ſtia vtens: militibus ad contionem vocatis conatus ⁊ diſcrimina grauiter ⁊ pru=
denter explicat· Adherebat enim lateri nobiliſſimus eius frater: excellens miles
Anthonius daubuſſon. dominus de montelio ad vice comitem: vir quidē conſilio
⁊ armis clarus· qui pauloante ex gallijs robuſtis comitatus viris orientem ſancti
ſepulchri viſitandi gratia: cupiens ſummopere tam glorioſo certamini intereſſe trāſ=
fretarat· Is enim a fratre patrum decreto: ob fidei integritatem agendorum experi=
entiam artiſqꝫ militaris diſciplinā: cōmilitonū dux ⁊ vrbis capitaneus deſignatꝰ:
magnanimi ⁊ prudentis capitanei munia obijt ⁊ rerum ſumme conſulit. Aderant
non pauci equites hieroſolimorū: precellentes baiuliui· priores ſenatorij ordinis p̄
ceptores ⁊ fratres: nobilibus familijs in occidentali plaga nati. Affuerunt negotia
tores prudencia pollentes: ac rhodij ciues. greci quoqꝫ ingenio prediti: qui vna=
nimi conſenſu de tutanda vrbe conſultant. Excelluit profecto plurimorum cuiuſqꝫ
generis aſtantium ꝓbitas: generoſitas virtus ac magnanimitas· quorū ſentētijs
diſcuſſis: principis noſtri ſolertia· qđ optimum diiudicatum eſt: elegit. Noſtri vero
(cuiuſdā experti ſuaſu) machinam verſatilem: quod tributū vocāt. ingentia ſaxa
in munitiones ⁊ hoſtium foſſas torquens: erigere ſtatuunt. Edificaturqꝫ celeriter
machina: periti viri ſententia nautarumqꝫ ⁊ architectorū opera. Que vbi erecta
eſt: vir peritus· grauia ſaxa in hoſtes iacit: multoſqꝫ conterit. munimenta diruit:
damnaqꝫ intulit non paruipendenda. Excogitatum quoqꝫ eſt: eam partem foſſe (
que lapidibus a turcis· opleta erat) euacuare. Sed cum id palam effici non poſſet
cuniculo in pomerio effoſſo. exitum ſub lapidibus noſtri habent: ⁊ clam lapides in
vrbem comportant. Sentiunt profecto turci: qui foſſe propinqui erant lapidū con=
geriem minui. ⁊ aſcenſus opportunitatē adimi: niſi quantocius quod cupiunt effici
ant. Atroci enim murorum ruina conſpecta: ſtatuitur munitionibus inniti que im
petum machinarum ſuſtineant. Murorum igitur lapſui munimēta ⁊ repara noſtri
obijciunt: que in hūc facta ſunt modū. Murus craſſitudinis palmorum duorum in
pomerio ex oppoſito menium ducitur: paliqꝫ ex robuſtiſſimo ligno terre īfiguntur.
glis ramuſculis fruticibus quoqꝫ intermixtis intus ponitur: aſſiduoqꝫ attritu infu
ſa aqua firmatur denſaturqꝫ. Prouident inſuper ingenijs hoſtes: in ipſo congreſ=
ſu ꝓpellerē ⁊ ꝓpulſare. Igneſqꝫ artificioſos parant varijs modis recōditos: cadis
pice ſulphure cōbuſtibiliqꝫ materia repletis. ac ſacculis laminis ferreis puluereqꝫ.

machinarum refertis: que ingenia exitio hoſti futura ſint. Ingens preterea cylin-
drorũ copia affertur: que in hoſtes ruant eoſqꝫ proterant. varia quoqꝫ propugna-
culorum forma editur: que thurcis impedimento noſtris ſint adiumento. delecta-
bant conſpicientes virorum ingenia: que remedia excogitabant ac pandebant.
Adducitur Georius proditor: forti comitatus caterua ad cuſtodiam data. Con-
ſultus de his que tuitioni futura ſint: remiſſius tardiuſqꝫ reſpondet. nec de ſe expe-
rimentum ab eo expectatum prebet: quemadmodum pollicitus erat. ſperabat quip
pe vir iniquus ⁊ callidus videns murorum iacturam ⁊ facilem aſcenſum per rui-
nam: ciuitatem in hoſtium poteſtatem futuram. Quedã tamẽ protulit: vt eius aſtu
ciam occultaret. Suadet machinam parari: que in machinas hoſtiũ iaciat. Quod
vt factum eſt: thurcus machine ictus ex aduerſo dirigit murumqꝫ nõ parum ledit.
Dum hec agerentur epiſtole ex caſtris in vrbem ſagittis dirigũtur: que Georiũ in
ſimulant. Nec Georius licet vrbis diſcrimẽ videret: verbis procacibus ſe abſtinet.
Que vt ad noticiam deuenerunt: vehemens in eum ſuſpitio oritur. Quibus ex cau
ſis vinculis ⁊ carcere arcetur: deputanturqꝫ qui virum examinent. ⁊ cauſas defe-
ctionis perquirant. Examinatus contradictoriis: ac coniecturis ſufficientibus con
uictus torquetur. In tormẽto et extra rogatus: vltro fatetur. iuſſu thurcorũ tirãni
ad rhodios defeciſſe: vt vrbem ſi poſſet proderet. quemadmodũ plura opida pro-
didit. Sin minus: rhodiis per ſiniſtre verſaretur cũcta diligentius acutiuſqꝫ perqui
reret ⁊ ſpecularetur. Mores quoqꝫ ⁊ status ac cõditiones incolarũ ⁊ regionis in-
telligeret: ac demũ ſi claſſis nõ vinceret ad thurcũ reuerteretur docturus: que ad
vrbis expugnationẽ cõducerẽt. Proponebat namqꝫ thurcus: hanc vrbem in ſuã
ditionẽ redigere. quod vt conficeret: multis pollicitationibus ac pluribus donis alle
ctus Georius exiuit crimen. conuictus demũ ſupplicio capitis damnatur e in pro
patulo ſpectãte populo. popul⁹ aũt cũ plauſu ad priuatas ſtatiões reuertit̃: letus ⁊
gaudens de nece proditoris chriſtiane religionis. qui tot animas perdere voluit: ⁊
ad iugulationem ⁊ fidei orthodoxe abnegationẽ: tot preclaros viros: caſtiſſimaſqꝫ
matronas ſacraſqꝫ virgines ⁊ plebem chriſtianam perducere ſtuduit. luit tandẽ pe
nas ſceleri debitas: vir perfidus.

Georius fit ſuſpenſus.



Uigilans ⁊ ſemper aliquid excogitans thurcenſis claſſis prefectus baſſia: alteras
literas in vrbem iacere ſtudet· que grecos indigenas ⁊ ciues latinos ad deditionē
hortantur: vita ⁊ ſupellectili ſaluo promiſſa multāqꝫ immunitatē pollicentur· Solū
vrbis ditionem expoſtulat: ⁊ interitum militū ac perniciem religionis hieroſolimo
rum affectat. Si ſecus rebus ſuis conſulant: ad vnum omnes interituros affirmat.
Putauit vir nepharius populum infidum inuenire: ⁊ qui metu terreretur vel mu
neribus alliceretur. ſed reperit orthodoxe fidei plebem deuotam: ac ordini hieroſo
limorum fidē· conſilioqꝫ ⁊ armis: mutua equitū ⁊ latinorū noſtrorū conuerſatione
expertam. Ea igitur inuanū tentante: alio vtitur cōmento. Mittit ad eccleſiam be
ate marie virginis heleomonitre greculum: qui dudū ad thurcos defecerat qui vi
giles alloquens ait: baſſiam oratorem ad principem noſtrum velle deſtinare: dum
modo tutus aditus pateat. Reſpondetur vt illic ad ripam foſſe nunciū mittat: ad-
eritqꝫ in bolenardo qui nomine magiſtri reſpondeat· Affuit poſtridie baſſie orator
qui noſtris prius ſalutatis ait. Prefectum claſſis ſe non parū ymmo vehementer
admirari: ꝙ tā potenti principi reſiſtere audeamus. qui duo imperia tot regna tot
vrbes tot prouincias: totqꝫ potentatus ſubiugauit: Quare ſuadet: vt noſtre vrbi ⁊
agris indoleamus. nec paciamur tam crudele facinus perpetrari: nec vrbē diripi. ⁊
ad iugulationem viros: ⁊ mulieres ad raptum ⁊ ignominiam duci. bellum an pax
preſtiterit: dicamus. Pollicetur quippe breui forma ⁊ compendio pacem (ſi libue-
rit) ſe preſtiturū: ⁊ nos poſſeſſores vrbis ⁊ agrorū permanſuros. Aliter minas ad
dens: promittit ꝓpe diem ciuitatem in ſuam poteſtatē tranſituram. direptioniqꝫ p̄-
bituram: ⁊ omne genus crudelitatis executurū. Qui principis noſtri vice aderat
edoctus reſpondet: non poſſumus ſatis admirari. vos qui (cum claſſe ⁊ impetuo
ſis machinis caſtrorūqꝫ copia) vrbem noſtrā circūdatis: nos ad pacē hortari. cū id
a militantiū officio alienū videatur. verū figmento agere videmini: vt animos ten
tetis. Sciatis nec pollicitatiōes nec munera veſtra nos mouere: aut ad aliquid in-
decens conficiendū allicere poſſunt. Nec profecto mine veſtre nos terrēt. Sumꝰ
enim vnanimes· nec diſcrimen eſt inter grecum ⁊ latinum. Chriſtum enim colimꝰ
vna fide ⁊ firma mente: pro quo pugnare parati ſumus. ⁊ mortem potius oppetere
ꝙ̄ mahumeti coniungi vt faceſſant promiſſa veſtra ⁊ mine: quibus nos mouere co
namini. Cum veſtra claſſis domeſticos lares reuiſerit ſi oratores de pace tractatu
ros mittetis: de re cōſultabimus. Cum armati ⁊ exercitu precincti eſtis officiū bel
lantium perficite: ⁊ vobis (deo ꝓpicio) conſtanti animo reſpondebimus. Cogno
ſcetis quoqꝫ non cum aſiaticis ⁊ effeminatis viris contendere: ſed cum catholicis
fortiſſimis manū cōſerere. Quo dicto: thurci (vultu demiſſo) ex templo diſcedūt.

Orator thurci: et Miles Iheroſolimitanus loquentes ſimul:



Et dum thurcis maiori conatu ingenio arteqꝫ reſiſtitur: ipſorū inſania intenditur. Pudet quippe eos tantum exercitū non preualere: ⁊ ſui tiranni formidoloſam potentiā a rhodiis contemni. furibundi itaqꝫ: machinis mortariis ſagittis cathapultis dies noctesqꝫ vrbem laceſſunt infeſtant. deterrent: expeririqꝫ ſatagunt. ſi rhodiorum animi facinora obire preclara audeant: quemadmodū preclara ⁊ magnifica verba proferunt. Secundū igitur alterum prelium ad turrim molis diui Nicolai commiſſum: diebus ſeptem ⁊ triginta exactis. vires in vrbis menia augēt: faciemqꝫ ciuitatis deturbant. Noua quidem vrbs craſſiſſimo muro cincta turribus in celū erectis ornata antemurali quoqꝫ ⁊ propugnaculis aptiſſimis munita: trium miliū quingentorū ſpericorum ſaxorum frequentiſſimis ictibus laceratur deturbatur ac demolitur. Eamqꝫ ruinam plereqꝫ domus ciuiū ⁊ magiſtratus palacia perornata ac magnifica paciūtur: ita vt prioris vrbis facies penitus perdita videretur ac tamquam gigantei cadaueris ſarcina proſtrata iacere. Attoniti ſunt plurimorum animi: ſed princeps vir quidē magna ſapientia generoſitate atqꝫ magnanimitate preclaris. ac magnificis comitatus equitibus pugnatorūqꝫ globo fortiſſimo ſtipatus ſpem in deum immortalem. ac filium eius dominum noſtrū ihesum xp̄m: eiuſqꝫ genitricem. precurſorem quoqꝫ ſanctū Joannem baptiſtam dirigens: cūctorum mentes ſolidat. Nec defuerūt magnanimi bauliui priores preceptores ac fratres ſacri ordinis hieroſolimitani pariter negociatores indigeneqꝫ ⁊ greci: qui omnes vnanimiter pro fide orthodoxa fortiter pugnare non formidant. Non deterrebāt profecto animos: murorū formidanda ruina. non metum incutiebat facilis hoſtiū aſcēſus: non machinarū impetuoſiſſimi iactus mētes perturbant. Autumāt thurci paruo momento vrbem ſubigere. Putant noſtri ſpe et fide pleni mahumeteā gentem facile ꝓpulſatum ire. Hinc thurci in aurora ⁊ ſolis occaſu ad ripā foſſarum fiſtulis ⁊ tympanis thurcenſibus ſolitū cantū edunt: exultātqꝫ de futura victoria. Noſtri in pomerio tubarū clangore iubilant. Princeps noſter preclariſſimus ingenti acumine preditus propediem hoſtilem inuaſionē futurā coniectat. Maturo igitur conſilio preſidia menium inſtituit. Hiſqꝫ preſtantes viros preficit: ſubſidia quoqꝫ non negligit: quibus ⁊ electiſſimos ſui ordinis cuiuſuis natiōis bauliuos ⁊ equites preeſſe voluit: qui preſto (caſu vrgente) adeſſe debeant. Ipſe vero partes ſubſidii nō recuſat. Quinymmo aſſiduo labori nō parcens. in pomerio meniū lapſorū reſidet: illicqꝫ (ſomnū quāuis nō diuturnū ſumere tētat) verſat. Mgr̄i veſtigia ſtrenuiſſimꝰ quiſqꝫ ſequit̄: nec primi nec mediocres nec infimi onꝰ recuſant. Thurci vero in caſtris preconis voce promulgant vrbis: ſupellectilem in direptionem trāſituram impuberem etatem ſub iugū: vt fidem abneget mittendā. Prouectos vero ⁊ adoleſcentes: ad vnum iugulandos. ⁊ qui viui capti eſſent: palis quos ad id exequendum octo milia parauerāt cruciandos ciuitatis ditione thurcoꝝ tirāno reſeruata. His diuulgatis: properant thurci ciuitatem aggredi. priuſquā id moliantur: Mahumetem ſuo more inuocāt. corpus lauant purgantqꝫ. Sacculos ad rapinā parāt funiculos ad captiuos religādos zonis cōnectunt. Pridie ꝙ pugna iniretur totaqꝫ nocte: diei continue ac diluculo qđ mane quo pugnatum eſt preceſſit: octo machine muris obiecte: ſaxa ingentia aſſidue torquent. Quod loco ꝓpugnaculorum adhibitum erat diruunt. Vigiles quoqꝫ ac cuſtodes ⁊ menium preſidia partim occidūtur. vt muris quiſquā ſuperſtare vix poſſet: niſi ſummo aſtu occultaret̄. ⁊ ſcalas ad ſignum campane paululum deſcenderet: ⁊ demū conſcenderet. Nec tempus datū eſt propugnacula denuo inſtaurādi: cum bombardarum ictus frequētiores eſſent. Ita vt tā paruo tp̄e: trecēta vel circiter ſaxa iacta ſint. thurci vero iactu machinarū

peracto: ad ſignum iactus mortarij (quod pridē eo in loco conſtituerāt) cōfertiſſi
mi magno impetu ꝗ̄celeriter (quinto kalendas auguſti) ruinā orto ſole cōſcen-
dunt. Erat namq; facilis (vt diximus) eis aſcenſus: ymmo facilior quam noſtris
per ſcalas. ſuperiora quoq; murorum loca occupāt: trucidato quod illic erat preſi-
dio ꝙ primo tanto impetui reſiſtere nequiuit: anteq̄ ſubſidia noſtra ſcalas aſcende
rent ⁊ illic hoſtilia ſigna ſtatuūt. Idem quoq; faciūt ad turrim italie: cuius verticē
oppugnant. clamor vndiq; oritur: manus quoq; viriliter conſeritur magnaq; vi
pugnatur. Noſtri quoq; a dextro ſiniſtroq; eorū fortiter hoſti reſiſtunt: vbi affue-
runt glorioſe dimicātes. miles preſtantiſſimus dominus de montelio capitaneus
armis pollens: baiuliui quoq; ⁊ equites hieroſolimitorū ac negociatores. non pau
ciq; indigene: ⁊ cuiuſuis nationis ſtrenui. quorū quidā inter fortiſſimos hoſtes a
criter dimicantes cecidere: alij multis vulneribus acceptis vitā ſeruauere. Sca-
lis quoq; que quatuor erāt quibus in vicū iudeorū deſcēdebāt: vna principis no-
ſtri iuſſu perfracta qua thurci deſcendere ceperāt. ex templo cōſcenſis: clariſſimus
magiſter ⁊ princeps noſter Petrus daubuſſon preclara comitatus cohorte. magno
fortiq; animo hoſti ſe obicit: ſcalamq; cōſcendit hoſtem viriliter oppugnat ꝓpulſat
quoſdāq; trucidat. Nec aliter ipſe ſuiq; comilitones quibus comitatus erat: pro fi
de catholica ⁊ republica xpianorū pugnauere. quā olim glorioſi machabei: pro cul
tu diuino ⁊ hebreorū libertate preliati ſunt. Nec haud ſecus quā pleriq; rhomani
principes: pro tutanda patria dimicauere. qui obſeruatam rempublicā: patres pa-
trie meruerunt appellari. Hos enim precellentiſſimos viros imitatus: princeps ⁊
magiſter noſter diſcrimina nō formidans. vulneribus quinq; in corpore ſuſceptis
quorū vnū letale cenſebatur niſi medicorū cura remedium attuliſſet. rhodiorum rē
publicam tutatus eſt: ſeruauit ⁊ reſtituit. Ob qđ preclarū quidem facinus: pater pa
trie optimo iure appellandus eſt. Thurci enim perpulchre armati: duo milia quin
genti ſuper murorū erant cōfertiſſimi noſtros ſecum manus conſerentes armorū
vi propellere nitebantur. Noſtrorū tamen virtus inuicta perſiſtens: diuino preſi-
dio ſuffulta nequaq̄ loco ceſſit. Sequebatur quoq; thurcos qui muris potiti erāt
ingens thurcorum multitudo: que totum campum adiacentem ruinam vallum ⁊
foſſam expleuerat vt terra vix conſpici poſſet. Affirmant perfuge quadraginta mi
lia thurcorū adeſſe. Pugnatum eſt duabus horis ambigua fortuna. modo ad no
ſtros: modo ad thurcos victoria inclinante. Tandem diuina clemētia principis ⁊
noſtrorum virtute fauente: thurci funduntur propulſantur ac ceduntur. tātoq; im
petu ⁊ celeritate terga vertūt: vt ſibiipſis necem ⁊ vulnera afferrent. Spectaculo
nobis fuit: quod a noſtris interpugnandum geſtū eſt cōſpicere. Ex thurcis quippe
(qui noſtros fortiter laceſſebant ſuper muros ſtantes) trecenti: a noſtris in vicū
iudeorum precipites trahuntur ⁊ impellūtur. Erat namq; muri altitudo ad intra
fere pedum viginti. hi omnes ad vnū trucidati ſunt: cadauera vulneribus defor-
mia paſſim iacentia: intra vrbem viſa ſunt. Cum thurci pedem referrent: ⁊ ad ca-
ſtra tenderent. noſtri eos conſecuti ſunt: ⁊ cōplures intra munitiones occiderunt.
quorū ſpolijs ac inſigni tiranni vexillo auro argentoq; ornato (quod tante victo
rie monumento extitit) potiti: magno cum plauſu vrbem per murorum ruinam in
trant. Cecidere ea in pugna thurci tria milia quingenti: quorū cadauera intra vr
bem ſuper menia foſſa munitionibuſq; hoſtium ⁊ mari reperta ſunt. Et poſtmodū
ad luem vitandam cadauera que paſſim deformia ⁊ lacerata iacebant: combuſta.
Interiere prout perfuge diuulgarunt: qui (cum exercitus a baſſia recenſeretur)
aderant ex thurcis obſidionis tēpore nouē milia. vulneratiq; ſunt milia quindecim

magniſq; incomoditatibus exercitum affectum affirmāt· fama ſatis conſtās eſt: ⁊ palam a perfugis vulgatur· thurcos viſionis miraculo exterritos tanta trepidati one loco ceſſiſſe ac pedem retuliſſe. Aiunt enim: cum vexilla domini noſtri Iheſu chriſti ac virginis marie ⁊ ſancti Ioānis baptiſte religioniſq; hieroſolimorum in conflictu (iuſſu principis) erecta ſunt: crucem auream in aere ſplendidiſſimam ho ſtes vidiſſe: Apparuiſſe inſuper candidiſſimam virginem clipeū ⁊ haſtam geſtantē ac hominem vſti veſte obſitum ſplendidiſſimo comitatu ſtipatum: preſidio adeſſe. Que viſio tantum terrorem eis incuſſit: vt nullo pacto progredi auſi ſint.

Pugna Thurcorum cum militibus et ciuibus Rhodiorum.

Fatendum quoqʒ eſt: hanc victoriam de celo demiſſam eſſe. Quomodo tam par-
ua militū noſtrorū copia hoſti potētiſſimo tam muris poſito reſiſtere potuiſſet: niſi
diuinum preſidium affuiſſet? Quomodo tam parua temporis morula tanta hoſtiū
manus cecidiſſet: niſi angelus dei victoriam attuliſſet ⁊ inimicos trucidaſſet? Erāt
enim tot occiſorum cadauera: ⁊ ita perpulchre ornata. vt nō horarum ſed dierum
opus eſſe videretur ad narrandum: ⁊ vt id potius diuinitus ꝙ̄ humanitus conti-
giſſe putetur. Quis hoſtem menia poſſidentem iamqʒ victoria laſciuientē ⁊ exultā
tem terruit? Deus clementiſſimus. Quis hoſtem ne ſcalis deſcenderet anteꝙ̄ ſub
ſidia conſcenderent prohibuit? Deus fortiſſimus. Quis eorum mētes obcecauit?
vt poſt primam pugnā non aggrediuntur noſtros. ⁊ multis vulneribus oppreſſos
⁊ defatigatos oppugnent? Deus clementiſſimus. Quis tam potentem hoſtem (q̄
tot ⁊ tanta regna ſubiugauit) prohibuit? ne hunc hieroſolimorum principatū me
diocrem quidem ac ceterorū cōparatione tenuem. poſt Conſtātinopolitane vrbis
excidiū ſue ditionis faceret? Deus ſapientiſſimus. Agamus igitur gratias de tan
to beneficio ei: qui nos ab impiorum manibus preſeruauit. Thurci enim ſpe potiū
de vrbis ducti: queqʒ crudelitatis genera exercere proponebant. ſed nephando op
tatu fruſtrati: tāꝙ̄ pecudes trucidātur propulſantur atqʒ vincūtur. Ex templo pu
gna cōmiſſa: ad primū lapidem caſtra ⁊ papiliones thurci collocant. machinas ad
littus maris deuehunt: ⁊ nauigijs onerant. vulneratos ⁊ quos ex licia traiecerāt
multos dies vſqʒ ad eorū deceſſum: in liciam cū omni ſupellectili reuehūt. Ortos
vineas predia (ſique intacta illeſaqʒ remanſerāt) vaſtantes depopulantur incen
dunt: ingenti pecudū multitudine abacta. Dum hec thurci molirentur: ⁊ diceſſum
pararent. apparuere ſubſidiarie naues: quas precellentiſſimus Sicilie rex ferdinan
dus (fidei catholice deuotiſſimus) rhodijs mittebat. Que ad auram poſt meridiē
(thurcis conſpicientibus) cum rhodiorū plauſu ⁊ gaudio altiſſimo dato: portum
intrare nō formidant. Noſtris machinas quas ad hoc parauerat: in eas dirigit. ta
cta machinarū vna detrimentum malo excipit: altera incolumis euaſit. Anchoris
ante aditum portus naues ſubnixe: vi tormentorum ⁊ maris eſtu feruēte paululū
ab aditu diſcedunt. Veſpero adueniente ⁊ procella ingruente nauis que leſa fue-
rat portum intrat: altera vela ventis dare compellitur. Poſtridie eius diei: cū ea
nauis portum ſubire nitaretur. vento deficiente dum placidum redditur mare nec
longius a claſſe thurcenſi diſtaret: triremes thurcorū viginti cū exercitu ⁊ rhodijs
conſpicientibus nauim aggrediūtur ⁊ oppugnāt. Qui naui deuehūtur: viriliter ſe
tutantur. Horis vero tribus nauali prelio machinarumqʒ iactu pugnatū eſt. Tan
dem noſtri victores euaſere. in qua pugna: triremium prefectus occiditur.

Nauis Chriſtianorum oppugnatur per viginti triremes Thurcorum.



Hac quoqꝫ incomoditate accepta: ad ſuos hoſtis reuertit̄ ⁊ nauis ſubſidiaria po‑ſtera die: portum plenis velis intrare non formidat. Attulerunt profecto he naues nūcium: quod rhodios non parua affecit leticia. Pontificie quippe littere recitant̄ que rhodiorum animos paterna monitione ſolidant. Subſidia quoqꝫ nauiū para‑ta pandunt: que propediem ventura erant. Preterea grandem expeditionem pa‑rari nūciant: que nedum rhodios obſidione liberare· verūetiam inimicam claſſem expugnare: ac proſternere poſſit. Rhodij leto accepto nuncio: clementiſſimū roma‑num pontificem ſixtum quartum. miris laudibus tollunt ⁊ laudant: deoqꝫ pro eiꝰ felici ſtatu humiles p̄ces fundūt. Hic quoqꝫ rumor ad thurcos trāſit: qui perterriti ceptum diceſſum accellerant. Exactis igitur nouem ⁊ octoginta diebus rhodiorū littore: claſſis ſoluens· phiſcum nauigare properat: illic milites ⁊ ſupellectilem exo‑nerat: vbi dies vndecim morata: ad domeſticos lares cum clade ⁊ ignominia re‑uertitur.

Turchorum classis
nove et octoginta di
rhodiorum littore sol
phiscum navigat
ubi undeci dies
posita ad domesti
lares reversum

Claſſis Thurcenſis diſcedit.



Qui obſidionis picula exptus ē et res (publico funct⁹ offitio) cognouit: ad laudē dei ac xpiane religiõis exaltationē ⁊ rociorū gliā hāc rex geſtax cõmētariū edidit.

Guillelmi Caourſin Rhodiorum Vicecancella-rij de Terremotus labe qua Rhodij affecti ſunt.

Haud ab re duxerim fore: Si terremotus (grauē pro-fecto labem) perſcripſerim Rhodieq; vrbis iacturam ex ea ſequutam cōmemorauerim: hanc enim cladem: ei quam turcorum obſidio attulit nectendam arbitror. Quippe quod temporis series copularit: calamus nō diſiungat. Philoſophi reru̅ q̄ phiſicarum reconditos effectus pſpicaciter enunciantes (ac Athenienſis Ari-ſtotiles: ingenij acumine doctrineq; ſplendore qui ſa-tis ceteris preſtat) de terremotu eiuſq; cauſis diſerte atq; inter ſe acute diſcernere: ac phiſice exalatōnis for-midoloſe diſcrimen docuere. quos pleriq; hiſtoriogra-phi quoq; imitati: complura quidē miratione digna: in ſuis editōnibus dixere. Ex quoru̅ doctrina: id ad ſummā de terremotus quiditate delegimus. Exalationem feruidam ſiccamq; ex terra (frequentiori ymbre madeſcente) Radijs ſolis influ-entibus in ſoli venis genitam concluſam atq; retentam: ei a natura conceſſum lo-cum expetentem. eo que velotius ſeſe mouentē atq; vehementius eam ipſā terrā impellentem: motum edere cōſtat. Inſtar vitalis ſpiritus venis humani corporis concluſi: qui plerumq; ſpaſmū repentinā cōtractionem gignit. ex quo ipſum corp9 repente contremit. Hec naturalium dogmata ſenciūt. Quorum veſtigijs catholi-ci (qui chriſtum colunt) inherentes: id ipſum aſtipulantur. cauſarumq; connexione ad dei prouidentiam eternam quidem ⁊ cuncta gubernātem conſtanti fide relata a qua per temporū ſeries ducitur explicaturq;. Quare catholice affirmandū non dubitarim. Secundas cauſas nō niſi ī virtute prime: que deus eſt omnipotens om-nium creator ⁊ gubernator effectus edere. Quod ⁊ ſapiens grecus vulgato pro-uerbio dictitat. ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΟΡΑ ΘΕΟΣ ΚΕ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΔΙ-ΑΚΟΣΜΙ ΚΕ ΤΑΛΙ. Hinc quoq; arbitror phiſicos quidē effectus: ad no-ſtram correctionem vel animaduerſionem diuine iuſticie (non iniuria) inſtrumē-ti vicem gerere. Quibus certo famulantibus ⁊ nutu diuino agentibus: in nequā ⁊ peruerſos mortales iuſtiſſimus deus animaduerſione graui iram dirigit. Quam-uis huiuſce tremoris horridum ſit diſcrimen: id tamen etiam terrori accedit. Cum motus: incertior exiſtimetur euentus. nam licet motū imminentem cōiectare quā-doq; poſſumus: temporis tamen punctū quo contingit natura humane cogitatiōi occultit. philoſophorū quidem editiones. Subtiliſſimus quiſq; ſcrutari poterit: ex quibus ampliorem noticiam adipiſci licebit. Quorū nuper quedam: ad vulgi de-lectationem in vernaculam vertimus linguā. Id tantū dixiſſe ſat erit: qui ad enar-randā mot9 ſoli labem ⁊ iacturā calamū ⁊ buccā deſtino. Inſignis quidē Annus octuageſimus milleſimoquadringenteſimo adiectus apud rhodios habetur: quo thurcorum rabies vrbem rhodiam oppugnauit. de quibus diuino preſidio muniti: victores euaſimus. quemadmodum in obſidionis commentarijs latius deſcripſi-mus. Annum ipſum memoratu celebrem. Annus nota dignus ſequitur. Qui rho-dianos incolas ingenti diſcrimine iacturaq; terrore affecit. ea ipſa etiā obſidione horridior: in illo enim mortales contra pugnatum eſt in hoc aūt naturā ipſam om-nium altricem perhorreſcimus. Cuius effectus mirari: potius quam vitare licet. Hinc quoq; ſummemus exordiū: quo primū eius āni terremotus labe quatimur.

Quieſcentibus enim rhodiorum animis ⁊ paululum a thurcorū clade reſpiranti⸗
bus: terre tremor validus quidem quindecimo kalēdas Aprilis proxime decurſi
hora nona a ſolis ortu repente editur·qui grandi cum impetu terram concutit: ex
quo ingens terror rhodiorū mētes inceſſit·ſequunt̄ hūc aſſidui minores terremot⁹
qui nos non parū anxios reddūt·tandem exalatiōe coaleſcente·quīto·nonas maij
tremor validiſſimus hora diei ferme tercia erumpit:qui diluuiū preſeferens rhodi
os terrore cōcitauit·Contrarijs nāqȝ exalationibus:altera quidem terram ꝓpul⸗
ſante altera mare agitante·fretum ſupra decem pedes eleuatum:interitum exter⸗
miniūqȝ minitans vrbem inundauit·morqȝ refluens:quot pedes auctū eſt ſubſi⸗
dit·ac temporis decurſu equor rediens preſixoſqȝ limites tenuit:ſicut in congratu
latione de exceſſu Magni thurci nuper edita annotauimus·Eum ipſum tamē ter
remotum:iactura nulla ſequitur·Sola quidem nauis oneraria·Anchoris ſubnixa
maris ebulitione cautes attigit:ictuſqȝ impetu eliſa mergitur·Ingēti profecto ter
rori ob maris inundationē is motus extitit Tota enim vrbe trepidatum eſt·Multi
mortales omniſqȝ etas:ad inauditū viſendū diſcrimen concurrit·Inuocatoqȝ di
uino preſidio:cū chriſti ⁊ ſanctorꝫ inſignijs mare petūt. Nec ceſſant totis dieb⁹ eiuſ
dem anni interdiu noctuqȝ motus terram ꝓpulſantes:qui domorū edificiorumqȝ
tecta baſes parietumqȝ compages quatiant ad facilemqȝ ruinā diſponāt. Inter
quos terrorē attulit is qui quinto nonas octobris cōtingit:qui eius qui mayo eue
nit maris ebulitione:perſimilem quidē pauorē preſefert:id vero paucos dies terre
motus ſopiti ſunt·Demū eius tremoris naturalibus cauſis auctis accumulatiſqȝ.
quindecimo kalendas Januarij circa hyemale ſolſticiū motus tres edūtur:qui va
lidiſſime terram quatiūt. Primus quidē tremor hora ſexta noctis eius diei fit:qui
mortales ſomno repente excitat. rhodij quidē perterriti:de ſalute prouidentes·alij
tecta exeuntes:propatulo ſe cōtinuēt. alij:ſacras edes intrant·alij: ſub fornicibus
aut parietū angulis domi ſe continēt. Alius ſequitur terremotus ceteris vehemen
tior (hora ferme noctis decima) qui nos perterruit:ad cuius cōcuſſionem ingen⸗
tes quidem edūtur clamores·Dum omnes pauore eſſent attoniti:euenit alius qui
validius bis ſolum cōcutit. modo vibrādo:modo vndando. modo in vnā partem
impellendo:terram quatit·⁊ cū flebili mortalium clamore:hora duodecima noctis
paulo ante diluculū edificia ſubuertit diruitqȝ·poſt crebros quoqȝ motus qui hos
preceſſere:etiam quedā terre rima patuit. Tota quidem vrbe tenebris trepidatur:
multi mortales edificiorū collabentium ruina victis proſternūtur. quidā quoqȝ do
mi ſe cōtinentes;tectorum lapſu cōteruntur. Audiſſes virorum clamores:mulierū
eiulationes·puerorum fletus:infantium vagitus. eo ipſo profecto terremotu:ſacre
edes ſacella oratoriaqȝ ſolo equata·⁊ baſes parietum compages perfringūtur. Ci
uium domus·queqȝ etiam incolarū tecta:dirupta fracta lapſa vel ruinā minātia.
palacia vero magiſtratus:turres etiam (que portus aditum muniunt) incolumi⸗
tatem non ſeruant. Si qd enim edificiorū ſupereſt:adeo imbecille fit vt erectione
egeat:nec expers diſcriminis turris ſancti nicolao dicata conſpicitur:que eo loco
ſita eſt vbi rhodius colloſſus olim locatus fuit:qui terremotu (cum annos tres ⁊
quinquaginta ante ſteterat poſteaqȝ fuſus erectuſqȝ fuiſſet) corruit. deflendū mō⸗
ſtruoſumqȝ videre eſt vrbem rhodiam ita labefactam:ſummoqȝ ciuium clamore
angore ac dolore afflictam·qui tremoris pauore perterriti:tectis relictis vrbis ar⸗
ciſqȝ. paſſim ligneas caſas ſibi ſtruxere:quibus ſe vxores liberos familiam quoqȝ
ꝓtegunt. Nam ea ipſa labes domorꝫ aditu nobis interdicit:atqȝ edificiorū pars ſu
perſtes tignis innixa vix baſibus heret. Poſtridie eius deflende lucis noctu: hora

fere duodecim nõ tã grauis oritur tremor: que vet⁹ notus (demũ procelloſus africus. nymboſis ymbribus cõmixtus) ſequitur: hic rhodios moleſtat inquietat atq; turbat. Mortaliũ clamor oritur flebilis: cũctorumq; animos grandis terror inceſſit. venit profecto in mentẽ rhodiorũ inſulam terremotu hiſtoricorũ aſſertione olim enatam ⁊ verebamur eum exitum habiturã: quem ortũ adeptã legimus. Occurrit nobis eam ipſam inſulam tot terremotibus priſcis temporibus labefactã: vt incole eam deſerere compulſi ſint. ſubiit nobis minorem aſiam rhodũq; terre tremore agitatum: vt vates olim cecinerint. Romanos: vetus grecorũ imperium voraturos. ſic optamus vt latini poſt tantos terremotus: Othumanicorũ monſtruoſe quidem familie. que ſedem imperialem occupat: principatum deuorent. experimur profecto motu ipſo contingere que a philoſophis hiſtoricisq; traduntur: edificiorũ ruinã tectorum arietationem: tremorẽ pulſum vibrationem vndationẽ. Soli rimas hyatusq;: a quo deus nos tuetur. His quidem formidoloſis rerum euentibus perculſi: oculis menteq; deum ſuſpicientes. duplicesq; palmas ad celũ tendentes: ac diuinum auxiliũ implorantes. vnde otio iuſtitieq; in dicto oratõni ieiunio elemoſinisq; operam dantes: in hec exorabamus verba.

Urbs Rhodia labefacta: Terremotu.



Eterne deus: vnus quidem diuinitate trinus ī perſonis· qui ſtabilis manēs
das cuncta moueri. qui celū in principio creaſti: qui elementa miro certo
qꝫ foedere copulaſti. qui hominem rationalem quidem naturam: eterne
vite capacē de terre puluere plaſmaſti qui vegetabilia ſenſibilia queqꝫ etiā animā
tia cōdidiſti: vt his homo a te formatus vteret̄. ſic quoqꝫ per ea trāſiret: vt demū
deitatis eterna viſione (ad quā creatus eſt) fruatur. atqꝫ vero permanētiqꝫ amo
re: tibi ineternū inhereat. Sine tuo ſcitu: mūdus inferior nō regit̄. Sine tuo nutu
planete erratice ſtelleqꝫ fixe influentiaꝝ vires nō demitūt̄. Sine tuo placito: ele-
mēta nō ſimbolizāt ⁊ vices ſuas nō mutāt. Sine tua prouidētia: impreſſiones ſu-
premo aere. comete: globi ignei. ſtelle cadentes: ardētes quoqꝫ lancee nō apparent
Sine tua cognitiōe: medio quidē aere. pluuie grādines nubes fulgura tonitruaqꝫ
nō gignūtur. Sine tua virtute: in infima aeris regione venti vaporeſqꝫ nō cōcreā
tur· Sine tua voluntate: exalationes terrā mouentes in ſoli venis nō coaleſcūt ⁊
retinētur. Fato nāqꝫ atqꝫ ordine diſpoſitiōe quoqꝫ eterne ⁊ ineffabilis prouidēcie
nō temere quidē vt nōnulli falſo aſtruūt. ſed ſumā cū ſapiēcia ſumā cū virtute ſum
ma cū bonitate: regis gubernas atqꝫ dirigis· Fatemur clemētiſſime deꝰ: rhodios
tuas quidē creaturas (ab eo tp̄e: quo noue Rome imperiale tribunal ſeuiſſimi ti-
rāni formidoloſum iugū ſubijt) ingēcia beneficia gratias preſidiaqꝫ a tua diuina
pietate excepiſſe. Quibus indigni eramus: ⁊ pro quibus nedū gratias referre ve-
rū nec agere facultas eſt. Tāta quippe eſt noſtra imbecillitas: vt ad gratiaꝝ actio-
nes digne reddēdas impar cēſeatur· Octo quidē ⁊ viginti ānos quo tirānus cru-
deliſſimus in chriſtianā religionē armis ſeuit. Rhodios a nephādiſſime tirānidis
ſeruitute liberaſti· Aſſidua incurſione (que agros populata eſt) proteriſti: peſtilēti
ſidere (qđ nos diudū affecit) cōſeruaſti· famis moleſtia ānone quoqꝫ penuria ſub
leuaſti. A locuſte ⁊ vermis ſegetes ac vineas rodentis iactura: liberos reddidiſti·
demū nuper de thurcoꝝ rhodū obſidētiū acerrima aggreſſione oppugnatiōe atqꝫ
inuaſione: tue potentie digito tutatus es· ⁊ etiā nos pertinaces peccatores ac reos
ab his terremotus periculis protegis. ineffabilis enim tua miſericordia inenarrabi
liſqꝫ tue diuinitatis pietas ac icōprehenſibilis eterne maieſtatis ſapiētia nos pater
ne defendit. Quos certe diligis: caſtigas· fatemur profecto nos de tātis benefi-
cijs ⁊ gracijs nō parū ingratos eſſe. Nec vere recognoſcimꝰ: que a tua clementia
accepimus ⁊ indies experimur. Meritoqꝫ plagis virgis diſcriminibuſqꝫ vapula-
mus: cedimur ⁊ affligimur. Sed ſuppliciter exoramꝰ piiſſime deus ne pdere ſinas
creaturas tuas: tādēqꝫ eaꝝ miſereri digneris· hāc quoqꝫ turbulētā exalationū ipſi
onē. Sopire diluere ac reſoluere placeat· ne rhodioꝝ īſula: que tibi pet. que tuo nōi
dicata: que te laudat exterminiū paciat̄. ⁊ icole crucis ſigno (frōte ſignati ⁊ pecto
re) redēpti: peāt. verū pro tua clemēcia: per ieffabilē admirabilē quoqꝫ diuine pari
ter ⁊ humane (in filio tuo naturali ihesu xp̄o dn̄o nr̄o) inſepabilēqꝫ vnionē atqꝫ
p aſſumptionē nature humane: miraculoſam quoqꝫ ꝯceptionē ac natiuitatē. p me
rita acerbiſſime paſſionis: quā ſubire pro nobis peccatoribus xp̄s verus deus ⁊ ho
mo dignatus eſt· Per ſignū viuifice crucis in qua pepēdit: ad interceſſionē quoqꝫ
virginis marie quā colimus veneramurqꝫ: ad pces ſancti ioānis baptiſte media-
toris dei ⁊ hominis xp̄i ihesu precurſoris: nr̄i quidē patroni. ⁊ ceteroꝝ celicolarū
eterna vita fruentiū ſupplicationē: dignet̄ tua maieſtas nos ab his periculis ⁊ an-
guſtijs ꝓtegere tutari ac defendere. vt verſari in laudē tui nōis poſſimꝰ: ⁊ ꝓ virili
parte gratias tue maieſtati (dū vita comes fuerit) agere valeamus. In te quidē
noſtra ſpes: in te noſtra ſalus in te noſtra protectio: in te preſidiū ⁊ verū refugium.
Ad te creatorē oīm ⁊ nature dominū (qui rerū naturaliū habenas tenes: caſqꝫ ꝓ
tuo nutu relaxas ⁊ cohibes) ſupplices: ore cōfeſſi ⁊ corde cōtriti confugimus Qui
viuis ⁊ regnas deus in ſeculoꝝ ſecula Amen·

Obitus magni Thurci.

BIBLIOTECA NACIONAL

Guillelmi Caorſin Vicecancellarij oratio in Senatu Rhodiorum de morte magni Thurci habita pridie Kalendas Junias. M.cccc.lxxxi.

SI gaudium mente conceptum calamus deſcriberet: & lingua cordis leticiam explicaret: hodiernus profecto dies attulit: quod principum deaurata palacia. conſpicua preſidum tribunalia: ſtrepentis vulgi compita. iocundiſſimo rumore compleret: ac eleganti litterarū caractere codices depingeret. Quamuis enim id muneris humano quidem ingenio negatum ſit: pro virili tamen parte nitendum eſt dicere. que decori que honori reipublice conueniunt: ſolamen iubilationemqꝫ afferunt. Quantum enim gens chriſticola redemptori noſtro ihesu chriſto ſit obnoxia: nedum promere verum nec vix intelligere poſſumus cum crucis tormēto quo crudeliter affectus eſt: eterna morte nos redimerit atqꝫ liberarit. Gratia quidem hec immēſa: nulliqꝫ muneri conferenda. Poſt eam enim etate noſtra nuper quidem lugubri deflenda miſerādaqꝫ: nunc vero preconijs & publico plauſu magis ornāda. beneficiū opimis theſauris: hominibus potentijſqꝫ: preſtātius melius atqꝫ iocundius: deus nobis illo preſtitit nullū. Ecce enim non ſine dei pietate: ac diuino nutu cui omnia ſubſunt. peſtiferum chriſtianorum vulnus ſanatum: vorax incendium extinctum. edacem draconem alterum mahumetem. viuifice Crucis & huiuſce ordinis militaris (Qui ipſo ſigno redemptus extitit) Orthodoxeqꝫ fidei acerrimum hoſtem: ſuffocatum videmus. Gauiſus eſt quidē infernus (ad quem preſtitus erat) perditi ſodalis aduentu: quē inferi magno quidem plauſu (ſi hos putamus quapiam affici leticia) venientem exceperunt. Merito enim truculentiſſima manſio hec confuſionis eterne: nephandiſſimo tyranno debetur. qui tot paruulorū animas perdidit: quos ad fidei abnegationem compulit. & cecitate ducti: ad inferos deſcenderunt. qui tot ſacras virgines deo dicatas: diuinis obſequijs abdicauit. qui tot nobiles virgines proſtituit: qui tot caſtiſſimas matronas fedauit: qui tot adoleſcentes. iuuenes. ſenes. decrepitosqꝫ trucidauit: qui tot ſanctorū reliquias prophanauit. qui tot catholica phana deuotaqꝫ cenobia: horrido mahumete ſecte ritu polluit. qui tot ſancta matrimonia ſoluit: grauidas mulieres abortiuū obſeuiciā facere coegit. qui patrimōia abſorbuit qui tot regna. tot principatus: tot vrbes deleuit oppreſſit occupauitqꝫ. qui imperialem vrbem quidem preclaram Conſtātinopolim: ſue ditionis fecit. vbi queqꝫ crudelitatis generā (maſculorum concubitus homicidia ſortilegia ſuperſtitiones demonum atqꝫ inuocationes: rapinas crapulas ebrietateſqꝫ. nulla lege nulla ratiōe nulla etiā equitate vtēs: ſed ſingulari ac pertinaci inſania) exercuit. qui dies noctesqꝫ malis imbutus: quippiam dignum non cogitauit. quinimmo ſpurcitia feditate atqꝫ crudelitate plenus: in alienos nāqꝫ ac ſuos ſeuire nō deſinit. Quis ſcelerum genera percurrere poſſit: que hoc portentum damnato animo comiſit? quis talia fando: temperet a lacrimis? horreſcit quidem animus: heret lingua palato. rubor ora ſuffundit: pallidaqꝫ labia contremiſcunt. vix quoqꝫ lacrimas contineo: cū hec tam feda tam turpia tamqꝫ ſeua. in nobilium virorum principiſqꝫ periluſtri cetu referre cogor: verum danda eſt venia ſermoni. qui ſecundum platonis ſententiā: rebus eſt accomodandus. Quis penarū genera excogitabit? quis aptū huic ſceleſto viro apud īferos locū reperire poterit? vt debitas penas: crudelis anima eternaliter

luat? Alter quidem lucifer alter mahumetes: alter antixp̄s cenſetur. Arbitramur
enim tam ſceleſtum tam fetidum tam ſeuum cadauer: terram intra ſua viſcera mi
nime continuiſſe. ſed ampliſſimo hyatu dehiſcentem precordijs apertis ad centrū
demiſiſſe: et in damnatorū perpetuum chaos deieciſſe· cuius fetor ipſum etiam in
fernum inficit: ⁊ damnatorum ſupplicia grauiora reddit. Circa enim dies ſui exceſ
ſus in aſia rhodo inſuliſꝗ adiacentibus: frequētes terremotus editi ſunt. duo pre
ſertim velociſſimi: qui adeo ingentes ⁊ horrendi fuere vt plura caſtella: arces pala
ciaꝗ proſtrata ſint. Ipſum quoꝗ mare eleuatum ſupra decem pedes: riparum li
mites exiuit. ⁊ illico in ymum refluens: tot pedes quot ſubleuatum eſt ſubſidit. de
mūꝗ fluctu ſuo: ad equalitatem ductū eſt· Tanta quippe fuit exalationis copia at
ꝗ velocitas intra terre cauernas concluſa: vt ſepcies terram acriter percuſſerit. ⁊
repentino exitu mare commouerit: eoꝗ ingens admiratio rhodiorum animos in
ceſſit. Res quidem memoratu digna: nec iam pridem ab rhodijs viſa que licet phi
ſicis principijs hereat: quippiā tamen protendere ſolet. Hunc enim diem letum du
cunt ſuperni ciues: celicoleꝗ eterna beatitudine fruentes· Intelligunt quippe or
thodoxe fidei inimicū acerrimum chriſtianorumꝗ perſequutorem. viuifice crucis
⁊ ordinis crucigerorum aſſiduum hoſtem: meritas penas luentem. In eoꝗ diui
nam iuſticiam relucere conſpicientes: immenſo afficiuntur gaudio· quemadmodū
enim iuſti pro exceptione fidelium exultant: ita iniqui malorum damnationem nō
egre ferunt. Sunt enim eterne volūtati conformes: quodꝗ ſapientie iuſtitieꝗ di
uine placet ipſos non paruo afficit gaudio. Si ergo illuſtriſſime princeps ⁊ precla
riſſimi viri incliti ordinis hieroſolimorū: quorum ſignum nobile· crux viuifica re
demptoris exiſtit. Magiſter ductor ⁊ moderator voſꝗ ſplendidiſſimi precellentes
ꝗ viri conſulares ⁊ ſpectantiſſimi ciues corporum mole liberi ſpiritus: pernicioſiſ
ſimi hoſtis interitu iubilant. quos dū viueret: perſequi malis afficere ac moleſtare
nequiuit quanto magis terreni homines (potentatus ⁊ ditiones poſſidentes) tā
crudelis hoſtis morte: letari debent· quos dum ſpiritus alit artus: capitali inexora
biliꝗ odio perſequutus eſt· preſſit atꝗ deuorauit. Hunc quidem: alterū ſillam al
terum marium: alterum Neronem. alterum dyoclecianum: ymmo his crudeliorē
Illi enim in corpora ſeuiciam exercuerunt: hic ⁊ in animas deſeuit· orchū petiſſe
non ambigimus qui paulo ante tanto conatu in chriſticolas ſeuiebat: arma crude
liſſima exercebat. etiam catholicam perſequebatur eccleſiam: ⁊ ordinem crucifero
rum militum infeſtabat. Hoc vnum preſtans quidem confecit: non ſuo arbitrio ⁊
voluntatis bonitate ſed ex eius malicia atꝗ ſeuicia. Illud bonum elicit diuina ſa
pientia coronam fidelicet martirij· Quis chriſtianos in fide perſeuerātes: ac mahu
meteā ſectā reſpuentes (quos gladio cedit: qui modo martirij laurea ornati apud
celeſtes viuunt ciues) recenſere poterit? Non tamen ea mente egit: vt bonū ope
raretur. ſed potius vt crudelitatem exerceret: ⁊ chriſtianos perderet· Poterit hic
quippe quandoꝗ dicere: dum danda eſt operum ratio. Hi ſunt quos aliquādo ha
bui in deriſum: cum animas chriſticolarū quos perſequutus eſt dignoſcet eterna
beatitudine fruentes. Si enim ſapientiſſime princeps: ac preſtantiſſimi domini ce
lebreſꝗ viri qui me de tanta re: non quidem digna verba proloquentem auditis
totus orbis iſtiuſmodi hoſtis exceſſum tanto plauſu gaudioꝗ proſequitur: cum
orientis ⁊ occidentis dominandi libidine accenſus perſequutorem euectum cōſpi
cit· potiſſime profecto id gaudio eſſe debet europam habitantibus: quam tāta ſtra
ge ſeuiciaꝗ fedauit violauit oppreſſit ac deturpauit. In ea enim: regna dominat⁹
⁊ potentatus occupauit. ⁊ nuper italiam orbis quidem vmbiculum attigit: ſedēꝗ

in pediis calce ydrunto vrbe collocauit. quid futurum erat: ſi non occubuiſſet tyrā
nus. deus enim ſcit Nā venturū nimia quidē deus texit caligine. nec homini cogno
ſcere datum eſt: ſed pro humana coniectura mali quidem preſagium extitit. Dum
enim quiſq; priuatis affectibus blanditur: ⁊ obſequi ſtudet. reſpublica deſeritur: ⁊
tamq; vidua contemnitur. Paruipenderunt europe nobiliſſimi ornatiſſimi fortiſſi
mi ditiſſimi ac frequentiſſimi incole hoſtem iam pridem imminentem: quilibet vi-
cinorum viribus negocium commiſit. ſperans ſi propinquius ageret: ſe hoſtem fa-
cile propulſaturum. Nec aduerterunt vires acquirere eundo: et ſemper rerum
ſucceſſu potentiorem effici. atq; terrorem: aliene inexperteq; genti incuti. quod cū
humanum genus: ſilentio preteriret. deus (de ſupernis cuncta proſpiciens ⁊ pro-
uidens) conditioni humane compaciens: acerbiſſimum hoſtem crudeliſſimum ty
rannum ſeuiſſimumq; draconem occidi permiſit. ne virus hoc peſtiferum: vlteri⁹
progrederetur. Jubilent itaq; ac letentur exultentq; europe preſtantiſſimi incole:
qui capitalem inſperato perdiderūt hoſtem. quoq; magna admodum opportunitas
⁊ occaſio oblata eſt (que perdita ſunt) recuperādi: ſi modo vnanimes fuerint. Si
igitur cuncti mortales: hoſtis potentiſſimi ditiſſimi ac crudeliſſimi necem gratam
ſuſcipiant. quod tam preſtans bonum a clementiſſimo deo conceſſum eſt: hoſtemq; ſe
uiſſimum perdiderunt. Huius quidem exultatōnis palma rhodijs imprimis debe
tur: qui annos octo ⁊ viginti (quo imperialis vrbs magni conſtantini expugnata
eſt) cum thurco orthodoxe fidei inimico viuifice crucis militumq; hieroſolimorū
ſignaculi hoſte acerrimo bellum gerentibus. nec vrbes nec oppida nec inſulas per
didere: nec ſub iugū miſſi vectigal capiti impoſitum eſt. Quis quatuor quidem va
lidiſſimas claſſes ⁊ exercitus ipſos oppugnātes inimicus deſtinauerit: quibus ſem
per occubuit proſtratus eſt ⁊ ignominiam reportauit. Nuper quoq; potentiſſimā
acerrimāq; oppugnationem propulſantes: diuino preſidio gloriosi victores euaſe
re. In qua precellentiſſimus magiſter ⁊ princeps noſter Petrus daubuſſon: qui fi
de machabeus. fortitudine: ſamſon. prudētia: catho. felici rerū ſucceſſu: Quintian⁹
metellus. militari aſtucia: hanibal. victorie gloria: Julius ceſar alter cenſeri poteſt
Celeberrimus quidem athleta: ⁊ fidei fortiſſimus commilito euaſit. Ceteriq; eius
ſacratiſſimi ordinis commilitones ac domini ſenatorij ordinis: fortiſſimis facinori-
bus illuſtrantur. ac incole ciueſq; egregia opera adhibita: preſtātes habētur. His
itaq; bellis aggreſſionibuſq; mutuis truculētiſſimus hoſtis cruce victus ſuccubuit
⁊ ordini cruciferorum ſemper ceſſit. O immenſa clemencia: O inſcrutabilis dei ſa
piencia O iuſticia diuina. Quis enim eſt tāto intellectus acumine preditus: vt di
iudicare poſſit. Cur mahumetes adhuc adoleſcens rerū inexpertus. glorioſam ce
lebrēq; ſedē imperialē conſtantinopoli expugnauit. Imperiūq; trapezionꝝ occu-
parit: regna potentiſſima. vrbes preclaras inſulaſq; ac munitiſſima loca: ſuo ſubie
cerit imperio. Poſtremo quidē victorijs tumeſcens: artē militarē callens. priſtinis
triumphis auctus: potentiſſimuſq; effectus. nedū rhodiorū clarā quidem vrbē: ſed
ne quidē huiuſce ordinis cruce ſignatorū opidū ſue ditionis facere potuerit. Non
enim abſq; dei alto iudicio profundaq; ſapientia: factū id cenſetur. Puſillū profe-
cto imperium: tā voraci draconi finitimū ymmo continuū. inter tot bellorū incen
dia: illeſum purū inuiolatūq; permanſit. Cūq; iterato rhodiorū vrbē (prout con-
ſtāti fama exploratū habemus) oppugnare his diebus decreuiſſet: machinaſq; nu
meroſiſſimas ⁊ impetuoſiſſimas fundi iuſſiſſet claſſemq; ⁊ exercitū paraſſet. traie
cto tracio boſphoro in bithiniam tranſiuit: vt in liciam loca plana et ſalubres con-
ualles petat. vbi caſtra collocet: operiens menſū rhodie vrbis per oppugnationem

ruinam.qua peracta:omni potentatu vrbem inuadat.ſic mente inflatus timidus
furibundusq; ignominia paſſiue repulſe affectus.cum bithiniam peragraret:mor-
tis ſtimulus repente eum inuaſit.quo grauiter preſſus:ſucceſſore prius nominato.
rhodum rabido quidem ore ter execratus:animã euomit.que mox in tartara de-
ſcendens:cum altero mahumete ſuo ductore eternum ſupplicium paſſura eſt.Sa-
pientiſſimus enim deus:vt gloriam victorie ac crucis inimici interitus ordini cru
ciferorum preberet ab eis potiſſime:ſuperari (qui redempti ſigno ſunt: quod ſibi
ſumme exoſum fuit) permiſit·procedenti quippe contra rhodios cruce ſignatos:
mahumeti thurcorum regi.angelum obuiam miſit deus:qui ſigno viuifice crucis
eũdem die qua eius celebritas quinto nonas mayas colitur contriuit occidit atq;
peremit.Quemadmodũ enim magnus conſtãtinus:in crucis ſigno barbaros fi-
dei hoſtes vicit proſtrauit ac deleuit·ſic rhodij crucigeri:in hoc ſigno ſemp de ho-
ſte victoriam reportarunt.Et quemadmodũ a crucifixo ſancti mercurij reſurgen-
tis miniſterio Julianus apoſtata ſuffoſſus palam eſt:ſic crucis perſequutor mahu
metes ab angelo ſigno crucis necatus eſt.Mirabile quidẽ dictu:iocudũ tñ auditu
qui crucis ſignũ infenſum habuit:a crucis ſigno peremptus eſt.Eoq; ipſo die:quo
machina thurcenſis in turrim ſancti nicolai globũ ſaxeũ torſit·vij.kalendas vide
licet Junij:huius necis exploratum nũciũ exceperunt rhodij. O q̃ celebre facinꝰ
O q̃ grande miraculum .O q̃ clarum munus:a deo preſtitũ.puſillus principa-
tus:pauci cruce ſignati.tantiq; hoſtis collatione tenues:ac inſula modica cõcluſi·
ignominia thurcũ fedarunt:eiuſq; famã extinxerunt.vt victus preſſus ⁊ rabie ple
nus:ab rhodijs ꝓpulſatus.ac paulo poſt e vita (dolore affectus) exceſſerit:⁊ ad in
feros vſq; deſcenderit·O diuina pietas:O diuina maieſtas.O diuina clementia:
tibi laus tibi gloria tibiq; gratiarũ actio debetur·Voluit quippe altitudo diuiciarũ
in paucorum cruciferorũ dominatu miraculũ priſce gentis hebree demonſtrare.
ne quis penſaret magnas vires ⁊ preualidos conatus:ad tantam potẽtiam ſub-
uertendam neceſſarios eſſe·dũmodo faciant homines:quod in eis ſitum eſt.De-
mũ in deũ ſpem reponentes:vnanimi volũtate in hoſtes ruant·aperte quidem vi
demus:ſi ingrati deo non ſumus·diuinã ſapientiam finem tante tyrannidi impo
ſuiſſe:flagellumq; ad nõnullorum ſupplicium paratũ fregiſſe.ſed q̃ parentũ ſuorũq;
delictorum reatu flagellandi erant:penas temporaliter luiſſe. Etate quidem no-
ſtra oblata euidens occaſio eſt.qua perditã gratiam multiplicia regna·inſulaſq; re
cuperare ⁊ fidei catholice vendicare poſſit gens chriſtiana.Interijt profecto:ma
humete hoſtis iniquior mithridate:qui vna epiſtola octuaginta milia ciuiũ roma
norũ in aſia trucidauit.ſeuior Juliano apoſtata:qui (relicta orthodoxa fide) xpi
anos acriter perſequutus eſt.in fidem catholicã pernicioſior:cui magnus ⁊ puſilliꝰ
ſue ditionis irrefragabiliter parebat.Nec erat q̃ ſuo auderet ꝯtradicere arbitrio:
qui aliter faceret.illico damnatus:capite plectitur·Eo quidem extincto:obedientia
repente perijt·publicum erariũ inuaſum ſublatũq;·cõmilitones veterani tirones
q; negociatorum:⁊ hebreorũ fortunas diripuerũt.Baſſam:virum quidẽ prima-
rium trucidarunt·quiq; maior eſt ac potentior:in minores ſeuit· mutuas predas:
in ſe exercẽtes.Nulla ꝓfecto obediẽtia:nulla ratio:nulla negociatio:nulla policia
nulla equitas·in aſia grecia ⁊ ceteris eius tyranni prouincijs:turbata ſunt omnia
Duo quidẽ germani:de occupanda Conſtantinopoli contendũt·vnus eſt in aſia:
orientalium ⁊ perſarum viribus adherens.Alter fauore cõmilitonum ad id anhe
lat:diſtrahuntur voluntates atq; arbitria.hunc petunt hi·illi illum affectant deſi-
derantq;·Reliquit quoq; nepotes quinq;:qui ad occupandas ditionũ portiones

aſpirant hereditariis porciunculam: quiſqꝫ affectat in ſuam poteſtatē redigere. Gre
ci ⁊ qui xp̄m colunt: ſub iugo tyrannidis degentes. deum implorant: xp̄ianorum
vires preſtolantur. ſi eas viderint coherebunt: ⁊ ceruices in thurcos erigent. preſi
dioqꝫ erunt: tam fedum imperium faſtidiētes. O ꝙ facile eſt: incendiū in fomite la
titans extinguere. O ꝙ paruis viribus: quis poteſt nouellum draconem de nouo
qꝫ ſuſcitatum (anteꝙ vires ſumat) obtruncare. O ꝙ leue eſt: inexpertum rudem
qꝫ trunculum ad principatum anhelantem ſubuertere. qui ſi radices firmauerit: ti
mendum eſt ne potentius. maiuſqꝫ ac deterius ꝙ paternum preparat incendium.
Si enī priuſꝙ vires acquiſiuiſſet (draco nup̄ euect⁹) ei xp̄icole arma obieciſſent:
profecto conſtantinopolis vniuerſaqꝫ grecia ac tot ditiones deperdite non eſſent:
quod vnum: Chriſtianam gentem mouere debet. Diuiſum quidem imperium
haud difficulter occupatur. Dum enim principes in diuerſas partes ſcinduntur:
facile quidem oppugnatori ſuccumbunt. Non eſt enim oblata occaſio contemnen
da: parēdum eſt tempori quod oportunitatem attulit. Si enim exercitus terreſtris
ex hungaria apparuerit: ſi claſſis in egeo pelago heleſponto ⁊ propontide nauiga
uerit. inſignia viuifice crucis pre ſe ferens oſtentāſqꝫ: quātotius dracones ad huc
puſilli fidei viribus allidentur. Preſtolatur oriens europe cruce ſignatos milites
incolaſqꝫ latinos: qui ſciunt poſſuntqꝫ expeditionem facile cōparare dūmodo ve
lint. Nō enim deeſt quippiam: niſi animorum vnus cōſenſus quem futurum haud
dubio ſperamus. chriſtiani quidem ſunt: zelo fidei glorieqꝫ cupidine accenſi. priſco
rum virorum: preclariſſimorum quidem veſtigiis (quos antiquitas ob clara faci
nora tantis predicat preconiis) perſuaſi atqꝫ inducti. Adſit velim. Magnus con
ſtātinus: qui ſigno crucis vicere ſolitus eſt. Adſint theodoſii: qui ardore fidei com
moti hoſtes proſternabant. Adſit heraclius: qui crucis lignum vendicatum hume
ris deportauit. Adſit alter fidei athleta karolus magnus: qui tot ānos. pro fide pu
gnauit ⁊ tam glorioſas adeptus eſt victorias. Adſit fidei fortiſſimus pugnator go
defridus de bullono: qui vendito patrimonio vniuerſoqꝫ cenſu effuſo cum immen
ſo exercitu aſiam expugnauit. ⁊ ſepulchrum domini noſtri iheſu xp̄i: ditionis fecit
xp̄ianorum. Suſcitetur eorū aliquis: aut eorū perſimilis euadat. qui infenſiſſimos
fomites ⁊ educatos dracones extinguat comprimat ⁊ conterat. quo clariſſimo qui
dem facinore: premium eternum famamqꝫ celeberrimam perpetuo conſequetur.
Vniuerſaqꝫ poſteritas: eius laudes predicabit. Quid enim optatius quid melius
⁊ quid iocundius: ꝙ pro fide pugnare: in qua ſi quis occubuerit: martirii corona
premiatur: auraqꝫ populari: quam multi gentiles appetiuerunt (pro qua etiam ſo
la: mortem oppetere non dubitarunt) cum clari redderentur. Immortalem deum
clementiſſimumqꝫ ſuppliciter exoremus: vt quempiā ſuſcitare illuminareqꝫ digne
tur. qui pernicioſam ſeuiſſimamqꝫ atqꝫ monſtruoſam othumanorum familiā (ex
qua tot ſerpētes venena ⁊ perſequutores oriuntur) peſſundet deſtruat prorſuſqꝫ
deleat. vt flagitioſiſſima familia extincta: aurea ſecula videamus. atqꝫ xp̄i vexilla
per vniuerſam aſiam volitantia videre mereamur. Gaudeamus itaqꝫ omnes in
domino diem feſtum celebrantes dn̄i noſtri iheſu xp̄i: qui beate marie virginis ei⁹
genitricis. ac ſancti Joannis Baptiſte precurſoris (ordinis cruciferorū patroni)
interceſſione. ſue quidem potentie ac victorie ſigno viuifica cruce fetidiſſimū ſer
pentem contriuit. Gaudeat in primis clara rhodus: rideat hic ſitus amenīſſimus.
Letetur inſula ſolis ſuauiſſima: aere ſaluberrima ⁊ libera tyrānide. que ſigno cru
cis redimita: hoſtis victoria ac necis gloria conſpicitur ornata.

Zyʒymus cum nonnullis thurcis equitans.

Guilelmi Caoꝛſin: Galli· Belge. Duacij: Rhodioꝝ vice cancellarij: de caſu Regis Zyzymy: Commentarium incipit.

Non iniocūdū foꝛe crediderim: Regis Zyzymy (mahumetis thurcoꝝ tyranni nati) caſum litterario oꝛdini mandare· Res eſt quippe memoꝛatu digna: ⁊ que chꝛiſtianam gentem mouere ⁊ deuotas mentes erigere ad egregia obeunda facinoꝛa debuit ⁊ que reipublice chꝛiſtianoꝝ: non modice conducunt. Fratrum quidem diſſidium Ciuium diſcoꝛdia Populoꝝqꝫ bella: preclaras ſepius vꝛbes regna ⁊ impia maxima ſubuertunt. Exemploꝝ plena eſt vetuſtas: nec enī preſens etas hac labe caruit· Senſit olim hoc peſtiferū vulnus: Athenarū vꝛbs ſapientiſſima. Nec aliter cecidit Romanoꝝ reſpublica: donec patres mutuis cladibus ſeſe conficiunt. Conſtantinopoliſqꝫ quoqꝫ imperium etate noſtra germanoꝝ diſſidio interijt: ⁊ thurcoꝝ tyranno ceruicem ſubmiſit. Nemo eſt certe qui neſciat: quantas vires diſcoꝛdie virus habeat: qua imbuta ⁊ affecta queqꝫ haud dubio labuntur ruunt atqꝫ occidunt. Que cum ita ſint affirmare auſim: per oblatam quidem tempeſtate noſtra fraterni diſſidij occaſionem. Toꝛpentem quemqꝫ ac ſomnolētum excitatum iri: vt ſtrictis gladijs chꝛiſtiani in fidei hoſtes animum vigiles conuertant· Quos pꝛofecto biſancij excidiū grecie clades: regnoꝝ euerſio Calcidis euboee direptio ydrūtiqꝫ expugnatio: thurcoꝝ regis repentina moꝛs non mouit· Nos natoꝝ tyrāni diſcoꝛdia: ⁊ ſcoꝛpiunculi ad rhodios cōfugium: ad vindicandū vulnus impellere ſuadere ac inducere non immerito debet· Rem igitur que audientes afficiat leticia: ⁊ ad ſpem preclara diebus noſtris audendi erigat. narraturus paulo altius repetentes: ab genitoꝛis nephādoꝝ tironculoꝝ moꝛte oꝛdiar· vt inde ſumā initium: vnde diſſidij cauſa oꝛitur.

Bachyazit et Zyzymi fratres more thurcorum cum nonnullis thurcis pugnantes

Bagyazit ⁊ Zyzymy Regum contrarie factiones.

Mahumetes thurcorum princeps: octo ⁊ quinquaginta ānos nactus. Poſtq̄ tri
ginta imperaſſet annos: quo tempore vrbes regna ditiones potentiſſimas ſubegit
Poſtremo rhodiorū armis cedens: animo ignominia affecto conſternatus vita
repente exceſſit. His enim liberos ſuperſtites reliquit duos: Bagiazit ⁊ Zyzymy
reges. Qui vt ex ephebis exceſſere: viuo patre prouincijs prefecti. loco diuincti:
quietam ducunt vitam. nec imperio implicati: nec publicis curis intenti. priuata ꝓ
uincia: dum viueret pater vterqꝫ contentus fuit. Juſſu patris (fraternas inſidias
formidantis) non plus q̄ ſemel ſeſe conſpexere: mutuiſqꝫ vſi ſunt fratres amplexi
bus. Uir quippe barbarus vafro coniectat ingenio Germanorū diſſidium: quod
Barbaras gentes (vt peculiare venenum) in principatus adeptione plerumqꝫ
afficit Bagyazit quem yldrimy vocant quod fulgur latine ſonat: maior quidem
natu. in paphlagonia: ad euxini maris littora torpens. Sardanapali mores imita
tus: mollem ducit vitam. Zyzymy qui amor interpretatur: yconie antique quidē
vrbis licaonie ſedem habuit. modo venatiōi: modo thermis. modo fluuialib aque
immerſionibus exercendis: modo cōmeſſationibus intendens. iuueniliterqꝫ laſci-
uiens: euum agit lubricum. Patris aūt repentino exceſſu paſſim vulgato: loco ſeſe
raptim vterqꝫ mouit. Arbitratus: qui conſtantinopolim prior vendicet imperiali
ſolio: ac regia gaza potiturum. Apud conſtantinopolim ſub id tempus: cōmilitonū
factio bina naſcitur. Bagyazit quidam: Zyzymy alij in regem accerſunt vocant
petuntqꝫ. Dum baſiarum primatumqꝫ ſtudia ac ſatellitum mētes in varias ſcin-
dūtur factiōes: paterni erarij portio prede patuit. Fluctuante quidē regno cruen
tis ſeſe perſequuntur gladijs: ⁊ ex baſſis vnus occiditur. Interea Achmat baſſa
ydronti expugnator artem militarem callens: magno animo vir manuqꝫ prom-
ptus. mentem ad clariora voluens: contempta preda Bagyaziticam factionem ſe
quitur. Js quippe callido fretus ingenio ad ſeditiones ortas ſedandas et turbulē
tum rerum ſtatum pacandum audax: irarum minarumqꝫ plenus in propatulo cō
ſtitutus. valida Bagyazitarum manu ſuccinctus vnum ex Bagyazit liberis (nā
ei plures ſunt nati) octauum ⁊ decimum agentem annum: ignobili vulgo oſten-
tans ⁊ proferens patrem regem appellat. Regio tribunali adoleſcentem locat: do
nec venerit genitor qui dyadematis gubernacula teneat. Dum hec agūtur: biſan
ciorumqꝫ mentes (vt rerum turbulento ſtatu contingit) ſolicite anxieqꝫ pendent
Bagyazit per euxinum mare paucis triremibus ad hoc paratis vectus: conſtanti
nopolim appulit. vbi cum ingenti Bagyazitarum plauſu exceptus: Rex ⁊ impera
tor conſalutatur Regieqꝫ gaze potitur. Zyzymite vero attoniti ſtupidi ⁊ pauidi
ſilent: ac dolorem diſſimulant conceptum victoris ſeuum quidem gladium formi-
dantes. Rex vero Zyzymy cui per licaoniam bithiniamqꝫ terreſtre faciundum
iter eſt paululum moratus: affectato fruſtratur principatu. Allectus tamen ſue fa-
ctionis clandeſtino hortatu ſpe potiundi regni: pruſiam veterē quidē Regiā ere-
cto aīo ire pergit. exercituqꝫ pacto: germanū in certamē vocat. Cōiectat eni nō
dū fratris firmatū eſſe iperiū: ac ibecilles aīos in aduerſaꝫ partem mouere facile
poſſe. Dū germanos turbulēta fatigat ſeditio: aliꝰ Bagyazit filiꝰ quatuor ⁊ decē
annos nactus fugam animo deſtinat. Js eſt eleganti forma. pubes: quem (pluſ q̄
fert etas) morum grauitas ⁊ ingenium ornat. cariaꝫ quoqꝫ ⁊ liciā auo mahume-
te aura veſtente etherea baſiarum conſilio functus regebat. Timet enim patruum
regnum affectātem Zyzymy valido exercitu ſuccinctum iamiam ſibi imminentē

ne per inſidias aut vi interceptum occidat. Id certe mortalium genus: domeſtico
ſanguini (dum de regno cōtenditur) parcere neſcit. Mente proponit adoleſcens:
pernicibus equis ad fugam deſtinatis: rhodiorū opidum (quod ſancto petro apo
ſtolo dicatum eſt ⁊ in halicarnaſo qui carie portio eſt ſitū) petere· Rhodiorūq; fi⸗
dei ſeſe credere. Magiſter aūt ſolertia preditus adoleſcentuli fugam mente conie
ctans: deſtinat regium excipere natū· Sed dum animo dubius eſt Regulus: ⁊ he⸗
ſitat· quo pacto terreſtre iter quo ad opidum ſancti petri eūdum erat tutus ageret:
ne forte in zyzymytice factionis incideret manus. oneraria nauis carie littora ap
pulit: apud que tenellus princeps tremebundus degebat· Pacto vectigali: fide ac
cepta. nauim conſcendit: ⁊ in calipolim migrat· fama eſt non obſcura: hac via di⸗
ſcrimen vitaſſe. Quidā autumāt in prouincia delicuiſſe: equis ad fugam ſi fors tu
liſſet paratis: ⁊ cum patriis rebus deſperatis prorſus diſceſſiſſet: biſancium terre
ſtre agens iter quātotius petiſſe. Sub id tempus zyzymy cum exercitu procedēs
prusios ſibi vendicat: a quibus auri pōdus ſeu amore ſeu timore (quod potius cre
diderim) extorquet· Bagyazit ſumme rerum cum vigilantia intendit: ne aſia im⸗
perij haud contemnenda portio fratri pareat. Achmat baſſa conſilio pollens prin
cipis exercitum in aſiam per propontidem traiciēs: zyzymy copijs vires opponit.
Preſtantior quippe eſt ac robuſtior tracius aſiatico exercitu: nam europe incole. ⁊
animo audatiores: ⁊ corpore validiores ad ſubeunda pericula putantur· Aſiatici
enim molles ⁊ imbecilli animo ſemꝑ habiti ſunt: quamuis paucillum freti eos diſ
iungat· Ducis etiam achmat Atris militaris pericia magnanimitas et fortitudo:
terrori fuit·

Zyzymus equitans cum quibuſdam Thurcis more fugientis.

Rex Zyzymy Iheruſalem ire pergit.

Zyzymy itaqꝫ hunc ſentiens in eum apparatum: ſuis non ſatis fidens viribus ⁊ armorum induſtria. a pruſiis diſcedens: propere peragrata minori aſia quadringẽta factionis zyzymitice ſatellitibus comitatus ſyriam intrans hieroſolimã ire pergit. vbi Salomonis templum (quod mahumetei magnopere colunt) reuiſit: illic ſupplex in hunc orat modum.

Oratio Zyzymy ad deum

Deus: cui nuda ſunt omnia vides germani prauitatem: que me (quemadmodum fortunis ſpoliauit) vita priuare molitur. tuũ eſt: iniurias vlciſci. Inuitus certe arma ſumpſi: regie ditionis portionem pro iure petij. qua fruſtratus: profugus fact⁹ ſum. Innocẽtis ſupplico cauſam: tueri digneris. nec ſinas fratrem: ſanguinolentã manum in germanum exercere non ſit precor eius imperium diuturnũ: quod tãta crudelitate partum eſt.

Zyzymy ad Egipti regem profugit.

Oratione peracta: inde Arabie deſerta tranſiẽs magnis itineribus Carras ad florentes Egiptiorum opes accedit. Soldanus egipti rex: profugi aduentu nũciato: preclaros mittit regie aule viros: qui ceſareum iuuenem pro egiptiorum more exciperent ⁊ ad ſuum ducerent tribunal. vbi ſeſe reges conſpexerunt. Salute barbarorum more data. Rex Zyzymy: his verbis carrarũ ſoldanum alloquitur.

Zyz, mus alloquens Soldanum Regem Babiloniē et Egipti.

BIBLIOTECA NACIONAL

Zyzymy Soldanum alloquitur·

TE non latet: Mahumetee legis cultor acerrime. a quo originem duxerim:
quoue caſu huc aduenerī. ⁊ ius quod in paterno regno: ceſareaqꝫ gaza
ſoueo abunde dignoſcis. tuas igitur benignas aures: ne prolixiori ſermo
ne obtundam plura repetere in animo non eſt. Ad te confugi. Regem legis noſtre
ſeueriſſimum. qui ſacra templa Salomonis (quod dei eſt) ⁊ lamecham (quod le
giſlatori noſtro dicatum) haud temere poſſides. vt arbiter: inter germanos (con
tendentes de prouinciarum finibus: ac Regia gaza) diiudices· Ceteris quidem
poſt habitis ad te profugus veni: qui afflictis rebus conſuleres· Nec enim deteſta
ri ſatis poſſum: fratris nephandam atrocitatem. qui mahumetee legis ſpreta reli-
gione: iure gentium contemptui habito. nedum paterno Auitoqꝫ regno ſpoliauit:
ſed nequidem in eius porciunculam me recepit. Auroqꝫ in ſuam poteſtatem reda
cto: ceca cupiditate fraternum ſanguinem ſitit Quid non mortalia pectora cogis:
auri ſacra fames. Auaricia certe ⁊ dominādi libidīe allectus: queqꝫ aggredi enor
mia frater non formidat. Ne ſinas potentiſſime rex: regios natos mahumetee le-
gis cultores de imperio diſceptare· nec mutua cede mahumeteorū ſanguinem fun
di ⁊ in noſtri legiſlatoris contumeliam gladijs ſtrictis mahumeteū confici nomen
Ne (quod verendum eſt) noſtro quidem diſſidio: chriſtiani (qui nobis ſemper in
fenſi ſunt) in nos valida conuertant arma. ⁊ oblata rerū occaſione (quod patruꝫ
memoria partum eſt) ſibi vendicent: demūqꝫ tuas penetrēt ditiones. Dum enim
principes diſſident ⁊ contrarias in factiones populus fertur: oppugnatori facile ce
dunt. Tueri non poſtponas quod colis: fame ymo mahumetis decori cōſule· Hec
cauſa: non ſolum othumannidum familiam reſpicit (que in oriente preſtantiſſima
⁊ occiduis formidoloſa habetur) verū vniuerſos mahumeteos tāgit· nam ſi othu
mānides per diſſidium ruunt: graue quidem vulnus ceteris imminet. Queror fra
tris ſeuiciam. Queror germani crudelitatem· Queror ſanguinis atrocitatē. Qui
ceca mēte ductus mahumeteorum rempublicam ſubuertere conatur. Indoleo pri
uate calamitati: ſed mihi infeſtior eſt offenſa legiſlatoris ⁊ mahumeteorū diſcrimen
pertimeſco quod fore coniecto: ⁊ Bagyazit ſtupido vir ingenio nō proſpicit· Tue
aris igitur fortiſſime rex· Si non meam. ſi non tuam: at publicam cauſam neceſſe
eſt. ne eam deſerens: vel irreligioſus vel parum ſapiens videaris· qui prophetam
negligis noſtrū: ⁊ vulnus nō vides peſtiferum eminere· Dum dicēdi finē feciſſet:
egipciorum rex ſic fatur.

Soldani Reſponſio.

Pridem nobis nota eſt tui generis ſublimitas: nec ignoramus profugi caſum· fra
triſquoqꝫ ſeua crudelitas nos nō latet. Indoleo tue calamitati germāiqꝫ damno
impudentiā. qui ſanguinis ſpreto affectu: extorrē vitā te compellit agere. Magno
ſis animo conuenit: decet enim regio ſanguine natum conſtantem eſſe. ſcelera pro
fecto fratris iura humana pariter ⁊ diuina peruertentis: vltorē deū ſenciēt· Equo
animo feras oportet: que fortune ſors cui omnia parēt attulit· Scit enim ipſa rerū
imperatrix quē deprimit cū vult extollere: mutareqꝫ vices nō ignorat· Que de pu
blico diſcrimine mahumeteorum clade ac legis violatione preſagis: vera predicas
obnoxij quidē ſumus: vt ⁊ publice vtilitati conſulamus ⁊ religioni faueamus· nec
tam facile eſt vt profers: chriſtianā gentem mahumeteos ſubigere. Grande quidē

facinus eſt: ⁊ facilius dictu quam factu. laudamus tamen ⁊ zelum et prudentiam qui futura precogitas. Scimus per diſcordiam rempublicam ſubuerti: ſed illud eſt vbi pars vtraqꝫ viribus munita: diutius ſeſe mutuis armis conficiunt. At vbi altera quantotius ſuccumbit: victor rerum potitus imperium fouet. nec enim id dicimus: vt arbitri partes recuſemus. non deerit pro virili parte temptare: quo inter nobiliſſimos fratres perpetuum feriatur foedus. Rex his dictis: ſermonem ſilentio rupit. Colloquio finito extorris zyzymy: ad paratas domos ſolēni pompa ducitur ⁊ alimenta prebentur affatim.

Zyzymy equitans cum nonnullis thurcis.

Zyzymy Lamecham proficiſcitur.

Eo apud carras degente: Lamecham mahumetis edem viſendi (propheta queʒ colunt adorandi) iuuenis animū cupido inceſſit. Soldanus enī voluptati obtemperans: peregrinoꝝ ⁊ negociatorum (qui lamecham ſeu cultus ſeu mercimonioꝝ gratia accedunt) expeditionis ducem delegit. Deſtinatū regius iuuenis iter peragit: templum pſeudo prophete reuiſit. Ubi ſupplex ad ſuum prophetaʒ preces fundit in hec verba.

Zyzymy proſtratus ante pſeudo prophetam Mahumetem apud lamecham.

Oratio Zyzymy ad Mahumetem.

Ne ſinas mahumetee legis auctor: per fratris ignauiam ſeuiciam ac immanitatē. cultores tuos: ſanguinolenta manu perire. dum enim fraternū petit caput: mahumetei cedibus ſternun tur. inaudita ductus rapacitate: paterna ditione me ſpoliat Negat vel auiti paterniqꝫ imperij portiunculam impartiri: egentem ac ſtolidum regio apparatu deſtitutumqꝫ fratris auaricia me reddit. in tantam quoqꝫ proſilijt inſaniam: vt cedem minari non formidet. Crudelior hic cayn: ſeuior quippe Nerone. qui nedum fortunas vitamqꝫ fratris appetit: ſed legis tue cultum peruertit. noſtra namqꝫ diſcordia: cultores intermūtur tui. quibus ſublatis: qui te colat nemo erit chriſtianūqꝫ nomen (legi infenſum) in tuos cultores: vires exercebit. ſcis me coactum arma ſumpſiſſe: tua intereſt ius extorris exulis profugiqꝫ tutari. ⁊ ſi non mea cauſa: at ſaltem legis (quam pro cultu ſeruando facit tua ſanctitas) ſupplex oro. huc peregrinus: cultus magis ratione ꝙ̄ priuata cauſa impulſus veni. meum eſt preces ad te fundere: ne per noſtrū diſſidiū mahumetee legi diſcrimen contingat. tuū profecto eſt: decernere qđ lubet. Cultu pacto: carras incolumis reuertit.

Zyzymy ⁊ Bagyazit foedus inire cōtempnunt.

Interea egiptiorum rex tentat: ſi fratrū res componere poſſit. At neuter quidem pactionis limites intrat: nec animi furore pleni concordiā recipiunt. Sic fit: vt q̄ ſanguine vinciuntur. ſi quando diſſident: ipſa certe ſanguinis viciſſitudo inſolentiores reddit animos. adeo: vt mutuis odijs alter alteri contēptui reddatur. ⁊ quāto arctius eos natura deuinxit: tanto vehementius animi quidem prauitas diſſugit Contrariorū namqꝫ: diuerſi ſunt effectus. Sic quos carnis communio beniuolos: animorum peruerſitas infenſiſſimos reddit. Preſtat enim vtriqꝫ: rem armis confici. Bagyazit vt par fuit rerum potitus: fratrem extorrem profugum ac exulem faſtidit. Zyzymy germani ignauiam vinolentiam imbecillitatēqꝫ ſpernit: cupitqꝫ ſingulari certamine pugnam finiri. id vafro animo cupiens (dum ſe militū copia imparem conſpicit) fratrē ad duelli certamen (ſpe fruſtratus) vocat: quo vel cōmento diſſidentes alliciat milites qui mutua cede ſeſe interimi non cupiunt. Rarꝰ quippe eſt: qui non velit principū ſingulari diſcrimine bella terminari. periculum quoqꝫ alterius: quiſqꝫ ſuo preponit. foenix enim eſt: qui ſecus ſentit.

Rex Cilicie in Aſiam tranſit.

Dum hic eſſet rerum ſtatus: Cilicie rex paternas ditiones repetens exercitū colligit. a meſopotamiaqꝫ mouens in minorem aſiam: quam etas noſtra turchiam vocat deſcendit. vt Ciliciam a mahumete patre ſubactā: ſue ditionis faciat. Is enī Zyzymy regem litteris ⁊ nūcijs ſolicitat: vt in pugnam cōtra germanū deſcēdat. Maiora quidē policitus: ꝙ̄ audeat. Sperat enī ſe regij iuuenis fauore: voti fieri compotem. Quidam quoqꝫ preſtantes viri: qui Bagyazit ſuberant: Zyzymy vt quantotius feſtinet hortātur monentqꝫ: facile quidē fuit perſuaſo perſuadere.

Zyzymy et Cilicie Rex pedeſtres colloquentes.

Rex Zyzymy regi Cilicie ſe iungit

His motus adhoꝛtationibus: Zyzymy ſtatuit in germanū arma conuertere. Cō ceptam regni potiūdi ſpem: ſi contra fratrē procedat edocet. Soldanus egiptioꝝ rex: regium iuuenem munuſculis proſequitur. Jta Zyzymy aliena incertaqꝫ po licitatione munitus: Siria peragrata yſthmum minoꝛis aſie intrans. Cilicie regi iungitur: mutuiſqꝫ amplexibus ſeſe conſalutant.

Regis Cilicie verba ad Zyzymy.

Aduenisti tādem: imperatoꝛ zyzymy (inquit Cilicie rex) ſpes vnica: quē vt prin cipem ꝛ dignū imperatoꝛē colo atqꝫ obſeruo: ſingulariqꝫ affectu proſequoꝛ. Ger mani tui tyranni malignitas paterno regno: non ſecus me ꝙ̄ te ſpoliare conatur. Tu magnanime princeps iniuriam vindica: non foꝛmido vel pro ſeruanda liber tate moꝛtē oppetere. vt tyrannidis iugum: ab innoxijs ceruicibus excuciatur. Jn dignoꝛ profecto: ꝙ Cilicia ablata capiti inſidiatur meo. ſed moleſtiſſimū eſt: te ceſa reum iuuenem othumannidē cōſilio ingenioqꝫ preditū. tanto principatu ſpoliatū cernere: potiuſqꝫ vices tuas ꝙ̄ meas defleo. modo adipiſcaris quod tuū eſt: mecū bene actum eſſe non ambigo. Audaci itaqꝫ animo aggredi non foꝛmides fratrem tyrannum ſeuiſſimū totius iuris violatoꝛem: non deero quidē pro virili parte. ſed tibi adherēs: foꝛtunas ꝛ ſanguinē expendam. Rex autē dictis magis ꝙ̄ factis cla rus hec fatus ſiluit: cui in hanc ſententiam reſpondet zyzymy

Reſponſio Zyzymy.

Grata eſt mihi tua in me obſeruantia rex fidiſſime: nec falleris. victoꝛ enim eua dens: nedum paternos lares vendicabis verum non indigno te preficiam regno. Deus modo foꝛtunet conatus: ꝛ ceptis faueat. hunc enim tyrannum: ad interitū vſqꝫ perſequar. ꝛ ſi copijs abundet iure tamen preualemus: cui ſolet deus fauere. petimus quod noſtrum eſt: tutatur hic nephandus quod ſuum nō eſt. Si tam ſtre nui ꝙ̄ facundi extitiſſent reges: regna profecto non perdidiſſent. at viribus impa res ꝛ armoꝛum non ſatis experti: facile vincuntur.

Zyzymy ꝛ Cilicie rex ꝓpe Larāda caſtra locāt: ꝯtra quos thurc⁹ cū copijs ꝓcedit. ſimultateſqꝫ: inter bagyazit ꝛ achmat baſſa oꝛiūť.

Una itaqꝫ procedentes planis locis: haud procul a laranda ꝛ yconia caſtrameta ti ſunt. Achmat baſſa (iam hyeme decurſa) pro Bagyazit arma exercens: caſtra yconiam verſus locans illic hibernat. Bagyazit victoꝛ ac princeps: ex carris fra tris diſceſſu nunciato. vbi (que in eum machinantur) cognouit potētatum omnē relicta europa. in fratrem conuertit: ac duos prepotētes exercitus comparat. Alte ri achmat baſſam preficit: ipſe in aſiam ex europa traiciens. alterū exercitū in pruſi oꝛum agris alit: operiēs quid emuli moliātur. Oꝛte quoqꝫ ſunt per id tēpus: inter Bagyazit ꝛ achmat ſimultates. Suſpectus nāqꝫ baſſa: de perfugio ad Zyzymy habetur. Thurcoꝛū rex ſuſpiciones diſſimulat: vires ꝛ pecunias baſſe ſubminiſtrat quibus exercitum alere poſſit. vulgatumqꝫ eſt: baſſā ad zyzymy defeciſſe. ꝛ literis ſolicitaſſe: vt fratrē quāto poſſet appatu adoꝛireť. Nec pauci putauere Bagyazit

ſubactum iri: haud dubio baſſa varia voluit animo. dum fratres moribus haud pa
rum diſpares: de imperio contendētes cōſpicit. ⁊ vtri vires admouiſſet: regū ſoliū
conſcenſurū. Sed priuatam rem magis ꝙ̃ alienam curans ei ad heſit: qui ſibi vſui
fore viſus eſt. maluit quippe ignauum: ꝙ̃ furioſum victorem euadere. vt ⁊ eius vir
tus eniteſceret: ⁊ iracundi principis furorē vitaret. expertus quidē eſt patris inſo
lentiam ⁊ quod preſtantes viros excandeſcens interemerit non ignorat. Monet
igitur thurcorum rex caſtra: vt baſſe coniungatur. quidam arbitrantur ob ſimul-
tatem exortam baſſam ab eo comprehenſum iri. Nec aliam ob cauſam cum exer
citu progreſſum eſſe. At longe alia mente agitauit. Senciens enim fratrem aduen
tare aſiaticorumqʒ fallaces inconſtanteſqʒ animos formidans: cum regio appa-
ratu obuiam procedit. paternā quidem gazā quā auaricia congeſſit: tunc prodi-
galitas fudit. ſic: plerūqʒ contingit. Aurū quod auari inſaciabiliter cumulant: pro
digi temere fundunt. Bagyazit eni quos virtute nequit aſiaticorū animos: auro
ſibi conciliat. Barbarum genus: aurū multos annos conditū. ſeua rapacitate ap-
petit: vires ſubminiſtrant. hunc colunt hūc obſeruant. hunc regem ſalutant: qui au
reos prebet nūmos. Bagyazit itaqʒ ⁊ baſſa caſtra iungunt: fama eſt militum pene
cc. milia affuiſſe. Zyzymy aūt ⁊ cilicie rex: validiſſimo germani copiarū apparatu
cognito. Nec militum numero: nec viribus. nec opibus pares: loco ceſſere. Paulo
anteꝙ̃ thurcorū rex aduentaſſet fraternus exercitus contra baſſam proceſſerat: q̄
fugam ſimulat. vt Zyzymy ad aſie interiora trahens: cōmento fallat. copiiſqʒ ad
inſidias diſpoſitis: cōcluſum opprimat. a perfuga zyzymy edoctus: dolos vitat. nec
defuit epiſtolarū cōmercium: quod foedus ſuadet percuciendū. germanorū frequē
tes interceſſerunt legationes: vt exploſo diſſidio pacis leges darētur. At ſimultate
inſidiis verſucia ⁊ dolo plena fuere: que dicūtur. Policetur bagyazit. cc. milia nū
mum auri ⁊ ſuppellectilem regio apparatu dignā: pueros virgineſqʒ mācipia. quo
tannis fratri ſe daturū pacta conditione: ſi extra regni fines degat. Colloquiis cun
ctando: germanū fallere molitur. Zyzymy aūt fratris pollicita faſtidiens: ꝗ ditio
nis iure cuius portionem petit fruſtratum ſe videt. tyrānidem Bagayzit accuſans
cōmilitonum animos interim molire ſtudet. Thurci nāqʒ in regios natos grandi
ori affectu alliciūtur: obſeruantqʒ ⁊ colunt ſupra modū principem ſuū. nec audent
regiū ſanguinem perſequi niſi regia domo natus. in propinquū impetū faciat: ver
bis teritur tempus. vt occupatis aditibus: zyzymy ⁊ cilicie rex comprendātur. do
los ſencientes viribus diffiſi: montis tauri iuga (qui orientē verſus per ciliciā por
rigitur) confugiūt. vbi loci natura quoad poſſunt ſeſe tutentur: euentūqʒ rerū ope
riūtur. At vterqʒ alia ⁊ alia ratione: ſue ſaluti conſulere deſtinat.

Zyzymy ad Rhodios confugere animo deſtinat.

Rex quippe Zyzymy fratris conſpectum reſpuens: ⁊ crudeles ſanguinolentaſqʒ
manus formidans. ad chriſtianos confugere ſtatuit: multa quidē mente agitans.
vnicū tandē in mentē venit remediū: vt rhodios adeat. Accito itaqʒ concilio: his
verbis cilicie regē ⁊ milites alloquitur.

Zyzymy alloquitur Cilicie regem ⁊ cōmilitones.

Graue eſt rex amantiſſime cōmilitoneſqʒ mei contra fortunā: que rebus plurimū
imperat conari. Sapientis quoqʒ ſemper eſt. habitū: tēpus terere ⁊ aduerſis cedere

ſecundiſqꝫ ſeruare ſe rebus. nec indubitato diſcrimini: ſalutem exponere. Deum vltorem teſtor: vt fratris ſeuiciam (qui meam machinatur cedem) quādoqꝫ vindicet. Juſta quidem mihi cauſa eſt: ſi non regnum ſaltem eius portionem haud indignam repetere. Nec debuit germanus omnino paternis ditiōibus me ſpoliare vindicem tanti ſceleris deum inuoco. decreui preſenciū rerum ſtatui cedere: ⁊ fratris cecam cupiditatem ac ſeuam mentis rapacitatem fugere. Rhodiorum quidē magiſtrū preclariſſimum magnanimūqꝫ principem adire in animo eſt: qui prudencia conſilio ac felici rerum ſucceſſu preditus. viam aperiet: greſſus diriget. rebuſqꝫ afflictis: prudenter conſulet. Nec enim verebor cruce ſignatos adire: qui licet legi noſtre ſint infenſiſſimi. othumannidem tamē ſcimus non contempturos: ſed cum tāq̄ generoſos animos iniuriarū oblitos fauore proſequi non ſpernēt. Quod mahumeteorū manu adipiſci nequeo: chriſtianorū viribus aſſequuturū ſpero. Poſtq̄ ſic ſors tulit: ⁊ principum noſtrorū ignauia facere me compellit. qui fratris tyrānidem: quandoqꝫ experiantur: deum precor: cum ipſam orientem retundere flox ipē derunt. potuit quidem fomes malorū oriens facile extingui: qui ſi adoleuerit ceterorum regias inflamabit: bono animo ſitis: rex atqꝫ cōmilitones. Statui rerum ordini diſcedere: cedite ⁊ vos ac proſperis ſeruate. hec enim meminiſſe: quandoqꝫ iuuabit. veſtre quidem fidei non erimus immemores: que nos vobis perpetuo deuinxit euo. Loquente rege Zyzymy: qui aderant vix vnus comperitur qui lacrimas ſingultus ac eiulationes contineat. indolent profecto regij adoleſcentis calamitati: qui ampliſſima domo natus. regio nuper ornato pollens: tam inſperato eo deiectus ſit. vt paulo ante regium ſolium: vix conſcendens extorris profugus exul diſparis cultus gentes vel infenſiſſimas: per maris fluctus ſeuiſſimā nature partē adire in preſentia cogitur. Principis iuſſu: ſe continent omnes. Hortatur iterum: vt bono ſint animo. dūmodo vitam ſeruet deus: ſperat quantocius ſibi ac eis bene conſultum iri. Cum finem dicendi Zyzymy feciſſet: acclamauere cuncti. Nobiliſſime rex: vnica ſpes noſtra vt ſit felix fauſtumqꝫ tuum ad rhodios (fortiſſimos feliciſſimoſqꝫ athletas) confugium: immortalē precamur. vocem: dolor ſtatim reſcindit. Tunc cilicie rex ac optimus quiſqꝫ mente agitat: qua via vitam tuetur: videt namqꝫ hoſtem iamiam imminentem: cui impares cenſentur. quare aut parendum tyranno: aut bello ſuccumbendū eſt. preſtat igitur ſeſe victori dedere: vt vita ſit in dubio magis q̄ armorū furori ſe obicere: in quo mors haud incerta futura eſt. fuge nāqꝫ nec victorie dabatur ſpes vlla: gladio pereundū erat. Si deditionem ſubmiſſa ceruice temptarent: vitam ſe poſſe conſequi ſperant.

Zyzymy Rex legatos mittit Rhodum.

Mittit itaqꝫ rex Zyzymy Rhodum legatos: ad quos prius literas dederat. ſed nūcium terreſtre iter agentem: regis Bagyazit milites intercipiunt. Legati Cilicie littoribus rhodiam birrenum caſu repertam conſcendunt: rhodumqꝫ nauigant Interea nauigium apud ea littora ſtationem habens: Zyzymy conducit. vt ſi ea ſus exegerit: repente eo conſcenſo ſaluti quoquo modo conſulat. Legati vbi rhodum appulerunt: iuſſu equitum magiſtri Petri Daubuſſon ſenatu coacto in hanc loquuntur ſententiam.

Magiſter cum Baiulivis ⁊ prioribus: ⁊ ante eum oratores more thurcorū induti

Oratio legatorum in ſenatu Rhodiorum.

Precellentiſſime princeps ⁊ magiſter: Preſtantiſſimiq; equites. Nobiliſſimus adoleſcens ac ſublimi loco natus Zyzymy rex: othumannides Maximi regis nepos. Splendidiſſimi imperatoris filius: ac potentiſſimi tyranni germanus. aduerſis rebus ad tempus cedens: cupit ad te ſapientiſſimum principem ⁊ victorioſiſſimum magiſtrum. voſq; fortiſſimos athletas: confugere. quorū prudētia conſilio atq; ope: rebus afflictis mederi poſſit. Quā ꝓpere mittendam claſſem eſſe petit: que ipſum excipiens Rhodum deuehat. fidemq; publicam implorat: qua tutus in veſtram ditionem pateat aditus. hoc loco referre non libet: que veſtros quidem preſtantiſſimos animos perſuadeant. vt regium adoleſcentē: non reiciatis. Nobiles viri eſtis: ⁊ multa prediti prudentia. ſatis ſuperq; intelligitis: quanti ponderis exiſtāt poſtulata ⁊ quot vel quales fructus inde excerpi poterint. Scimus enim vos preclariſſimos viros armis ꝯſuetos: res magis ꝙ̄ verba impellere: quare prolixiori ſermone ſuauiſſimas aures non obtundemus. Potentiſſimū regis natū: ad vos accedentem (licet profugum) ne floccipendatis. Indecorum enim eſſet: aſillum regi claudere. quod vel homoncijs: ⁊ puſillis ſemper patuit. Celebre quidē eſt veſtrum (apud exteras nationes) nomen: qđ ⁊ caucaſos montes tranſcēdit ⁊ indos penetrauit. ꝙ armis vim repellere non ignorat: ⁊ profugos fouere aſilo tutiſſimo non faſtidit generoſus veſter animus. Littere in ſenatu recitate: idem poſtulant.

Senatus Conſultum.

Legatis curia excluſis: magiſter patres quoq; de re conſultant ⁊ multa mēte agitant. que modo ſuadent: vt regem Zyzymy excipiant. modo: vt reiciant impellūt. Tandem ex rationū controuerſiis (ſeu ex calculorū colliſione ignea ſcintilla) vna reſultat ſententia: decernūtq; regem excipiendū alendum atq; fouendū: ꝙ eiuſce euentus occaſio chriſtiane religioni profutura ſit. Intromiſſis legatis: ſenatus conſultū editur. actis gratijs: petūt. vt res quātotius parēt: ne mora diſcrimē afferat.

Nauis Religionis rhodiorum et magiſtri zyzymum deferentis.



Claſſis paratur: ⁊ Ciliciam nauigat ad Zyzymy deuehendum.

Oneraria igitur nauis triremes: nauigiaqꝫ parātur. prefectus inſignis eques de ſignatur: qui claſſe conſcenſa clara militum hieroſolimorum comitatus caterua in Ciliciam nauigat. vbi illic appulit: rex Zyzymy nauigiū de quo ſupra mentionē fecimus: citato equorū curſu vrgentibus germani militibus iam conſcenderat. fama eſt cum a littore paululū elongaretur: perbreuem quidē epiſtolā Zyzymy conſcripſiſſe ⁊ ad fratrem dediſſe: quam ſagitte inuoluit nexuitqꝫ: ⁊ ſitico arcu in terrā contorſit. exceptam eſſe ferunt epiſtolam a fratris militibus qui regium iuuenem perſequuti ſunt: ⁊ fratri redditā. quam vbi germanus perlegit: parumper lacrimatus eſt. animoqꝫ conſternatus diu ſiluit: ⁊ aditu prohibito papilione ſe continuit. egre certo tulit. Ꝙ frater mahumetee legis cultor (quod permaximū crimen mahumetei ducunt) ad chriſtianos confugerit. ad eos preſertim qui othumānidum familie infenſiſſimi fuere: ⁊ genitorem grauiori affecerunt ignominia. ꝙqꝫ fratrē chriſtiano adherentem nomini legi mahumetee: grauiſſimum afferre poſſet dedecus. quorum ſe conſcium profitetur: qui tanta atrocitate ſit eum perſequutus. Series epiſtole: fuit.

Epiſtola Zyzymy ad Bagyazit.

Zyzymy Rex: S. D: Bagyazit regi ſeuiſſimo fratri. Quia petij: quod iuſtū equū atqꝫ decens erat. Tu iuris humani pariter ⁊ diuini violator: mahumetee legis cōtemptor. fratrem ad chriſtianū nomē vrgeo accedere: ⁊ ad hos potiſſimū. qui cruce ſignati: noſtre ſemper inclitiſſime familie infenſi fuere. tu tanti criminis conſcius es: vitā ſeruaturus inuitus accedo. ſi quod iure optimo mihi vendico dediſſes: intra regni limites me continerem. nec regius mahumeteus frater ⁊ ſtrictiſſimo ſanguine tibi iunctus: hereret chriſtianis. inter quos: legis cherimonias mores ac cultum ſeruare nequeā. Tante quidem enormitatis deum vltorem inuoco: ac mahumetem prophetā vindicem imploro. qui pro demeritis: tibi penas reddāt. Si genitor hec preuidiſſet: te (non ambigo) vel toxico vel gladio enecaſſet. Ipſe enim othumannidum auctor fuit: tu deſtructor cupis videri. Spero profecto nō diuturnum fore tuum imperium: tanta crudelitate tanta ſeuicia tantaqꝫ tyrannide partū. Cum enim baſis non recte firma ſit: edificium diuturnum nec firmū quidē eſſe poterit. Negantqꝫ ſapientes: violentum diuturnum eſſe. Contra enim iura humana pariter ⁊ diuina: germani ſanguinem perſequeris. Erit inauditi delicti vltor: qui alto dei iuditio tuum caput conterat aliquando. ꝙ in me liberoſqꝫ meos moliris: alius equa lance in te tuoſqꝫ natos machinabitur. Uale ⁊ reſipiſce: ne extrema clades te tuoſqꝫ natos perdat exterminet deuoret. Zyzymy autē imbecilli nauigio mari iactatus: claſſe conſpecta in propinquum littus quod ſors afferret operiens ſeſe excipit. iam enim aduerſarij milites: citato gradu fratris fugam nunciaturi ad Bagyazit volarant. Arbitratus quiſqꝫ. qui primus nūcium daret premium conſequuturum. Rhodiorū certe decretum: nondum acceperat. quare ſubdubitās: ne in piratarum manus incideret. pelago non eſt auſus ſe cōmittere: donec ⁊ gentem ⁊ claſſem agnouerit.

Zyzymy et Capitaneus claſſis rhodiorum colloquentes.

BIBLIO... NACIONAL

Rex Zyzymy Rhodiorum claſſem conſcendit.

Ubi nũciatum eſt: rhodios ſui cauſa aduentaſſe. firmatus animo: nauim conſcendit. ⁊ hieroſolimorum equitum fidei: ſeſe credit. Nauis prefectus: Regulum othumannidem humanitate honore obſequioq; proſequitur. littora patrij ſoli linquẽs: ⁊ paternum auitumq; regnum deſerẽs rex. turbato animo aliquot ſiluit horas: mente poſtmodum recepta. nauis prefectum: his alloquitur verbis:

Zyzymy claſſis prefectum alloquitur.

Nedum ago tibi vir illuſtris gratias: verum habeo ingẽtes. cumulateq; redderẽ; ſi fors a ſublimi loco me non deieciſſet. Q; me deſtitutũ profugũ animo extorrẽq; tanto zelo afficias. Sed ab ingenuis viſceribus magnanimoq;: nõ niſi illuſtria ꝓficiſci poterint. Generoſi quidem ſunt: qui te ad me excipiendum miſerunt. tu quoq; ex coetu eorum nobilis es ⁊ vir dignus: qui mandata exequi accurate pro tua innata prudentia ⁊ ſcis ⁊ ſtudes. Non poſſum tamen non parum admirari: ꝙ tãti affectus iudicium in me exhibeatur. qui eius natus ſum: qui ſeuicia crudelitate ac immanitate (dum ſpiritus alebat artus) rhodios perſequutus eſt. in quo: ⁊ tuam ⁊ tui principis ac ſenatus rhodiorũ nobilitatem predico. prudentiam admiror: ſimul ⁊ magnanimitatem (que iniuriarũ obliuiſcitur) ex tollo. Si res proſpere ſuccedent: tanti quidem in me officij memorem ⁊ gratum intelligent rhodij. Cui ait; claſſis capitaneus.

Reſponſio capitanei.

Clariſſime princeps: hoc a natura illuſtrioribus animis datum eſt. vt ſoleant precellẽtes viros: honore afficere digno. tu qui ſũmo loco natus es: q̃uis profugus ⁊ extorris cõtemtui tamẽ nõ eſſe debes. Id quippe viliũ hominũ cenſetur: qui non niſi bene fortunatos colere ſciũt. At magnanĩi viri quos virt⁹ aut ſanguis ꝓſapia illuſtrat: vel hoſtes armis poſitis reuerẽtur colũt atq; obſeruãt. Te excipim⁹ vt hoſpitẽ; nõ hoſtẽ. hoſpitis quidẽ iura: nõ hoſtis ſequimur. Nec enĩ mirari licet: ꝙ te affectato corde ꝓſequimur. cuius genitor: ſeuo rhodios perſequutus eſt odio. Pater tuus legis mahumetee ſectator: qđ ſibi cordi eſt molit̃. Nos vt hoſti: ꝓ virili ꝑte cõſtãter arma obiecimus. licet caduca quedã terrena ⁊ vilia ꝓſtrarit: que quãtotius erecta ſunt. glorie tamen famã quã nulla oblitterabit etas: rhodiorũ nomini attulit. Poſteritas nãq; omnis rhodiorũ victoriã: e celo demiſſam nullo tempore reticebit. Leonis profecto brutorũ principis animaliũ mos eſt: proſtratis blandiri ſeuaq; animalia grauiori imbuere ira. Milites quoq; chriſti: leõis mores imitati. qui ad eos amice confugiũt: humanitate excipiunt. qui ſeuicia vtũtur: ſtrictos gladios fortiter obijciunt.

Diſcumbit Rex Zyzymy.

Silentio facto: lectiſterniũ patur. Rex Zyzymy patrio more diſcũbit. Quãtũ enĩ maritimus mos patitur: edulia apponũtur. mãcipia qui fercula deferũt haud aliter q̃ regi honorem exhibẽt. Architriclinus ꝓ regum conſuetudine: epulas condimẽtaq; ac potum pregustat. ⁊ a mancipijs itidem fieri iubet: ne toxico infecta putet

appoſita. Barbarus id animaduertēs: Rogat cur tam accurate dapes preguſtent.
Reſpondet interpres: qui eius lateri aſſiduo adheſit· hunc apud diſcumbentes re-
ges morem ſeruari: vt venenum vitetur. qui mos: per multos annos inoleuit. Nō
formido inquit toxicū inter preſtātiſſimos fidoſq; equites haurire. Si enim eiuſce
generis periculum pertimuiſſem: meam quidē ſalutem eoꝝ fidei non credidiſſem.
Faceſſat ergo ciboꝝ preguſtatio: priuatum ago non principem. Nec ſuſpitio: in-
ter generoſos animos degenti inceſſit vlla. Quo dicto: raptim ex appoſitis catinis
edulioꝝ (coquinaria arte) conditorum portionem excerpit: ⁊ in vas quod coram
erat: vna indit· ad fiduciam quoq; animi prodendā: ex varijs epulis ſua ipſa ma-
nu mixtis confeſtim mandit. Dum hec ſummo plauſu aſſiſtentiū: qui oculis in bar-
barum principem herent geruntur· Nauis gubernator: ventum aure captans nau-
ticeq; artis periti. clamore ſublato: vela dabant leti ⁊ ſpumas ſalis ere ruebant·
Oneraria quippe nauis: cuius pernicitatē vnq̄ꝫ equauit nulla fluctus celeriter ſul-
cat. flant zephiri dulcius: ⁊ proram parumper auertunt. trāſuerſeq; autēne paulis alis
velis: ſuauem quidem flatū (qui vela non vehementer inflat) excipiunt·

Magr̃ cũ baiulivis ⁊ militib⁹: q̄ recipit zyzymy aſſociatũ turcis colloquũt̃q; ſil'.

Pompa qua exceptus eſt a Rhodijs rex Zyzymy.

Interea Regis aduentu nunciato:parãtur que pompe deceant·ſtruitur ad mare
ligneus pons:qui deſcendentem excipiat regem: pontis enim longitudo in mare
protenſa decem fere paſſuū fuit·Latitudo quatuor:quibus equo gradu plures in⸗
cedere poſſent.attrebatum pãnis auro argento ſerico lanaqꝫ contextis: pro gallo
rum belgarum more (qui huiuſce artis inuentores ⁊ peritiores putãtur) pons or⸗
natur·via enim qua pedū veſtigia incedentes premerent:thurcorū pictis tapetis
ſternitur.vici qua parte eundum fuit:mirto floribus ſuauemquidē odorē ſpiranti⸗
bus reſperſi ac varietate ſunt diſtincti.Primores ac plebeia gens que ad ſpectacu
lum conuenerat:vias obſident.Matrone ac nupte innupteqꝫ puelle:ad feneſtras
ſedent.Reliquum vulgus tecta conſcendit:vt venientem conſpiciant regem .Na
uim ante portus hoſtium anchoris ſubnixam Rhodia triremis propinquãs:regeꝫ
excipiens ad pontem vehit.Premiſſi ſunt preſtãtes ſenatorij ordinis equites: qui
Zyzymy deſcendentem conſalutent.Hos ſequitur longus famulorꝫ ordo :inſi⸗
gnis magiſtri redimitorū gallicos cantus vibrancīū·deinde iuuenes prime lanu⸗
ginis milites hieroſolimitani:lucentibus equis inſidentes.Torque veſte ſericea ⁊
ſplendido ornatu:diſtincti incedunt.Magiſtrum poſt hos inſignis vehit ſonipes:
ſpumancia frena mandens·Aureis fibulis phaleriſqꝫ ornatus:qui hynnitum ſepi
us edens.ſuperbe graditur:vt ne quidem magiſtro quempiam adherere lacinori
inceſſu permittat·Senatus quidem grauis:equis vectus ſubſequitur·Edem ſan⸗
cti Sebaſtiani foro ſitam de induſtria magiſter non tranſit:illucqꝫ obuiã venit rex
Zyzymy·ſuperbo inſidens equo:fidis comitatus profugis· Poſtq̃ magiſtrū rex
conſpexit:ter digito labellum compeſcuit.qui mos eſt barbarorū principum:cum
mutua reuerencia ſeſe afficiunt·Magiſter autē pro more principē reueretur.Red⸗
dita ſalutatione dextras iungunt.et ꝑ interpretē confabulantes:ad edes equitant
paratas.Ubi ad palacia francorum equitum (magnifice ad hec ornata) ventuꝫ
eſt:eo dimiſſo magiſter ſuas edes petit·Rex vero ex equo in pedes ſeſe agiliter ex
cipit:ac duorum medius thurcorū honoris cauſa vlnas ſuſtentantiū ſcalas conſcē
dens penetralia ingreditur·barbaricoqꝫ ſago abiecto :lectiſternio pro thurcorum
more flexis poplitibus ſedit.Ea die artubus ſale tabentibus:quies data eſt.

Zyzymy ad Magiſtrū verba·

Poſtridie eius diei:magiſtrum coram alloquitur rex his verbis. Preſtantiſſime
magiſter inclitiſſimeqꝫ princeps:germani ſeuicia me perſequēte.cumqꝫ ſors eo me
redegiſſet:vt aduerſis cedere q̃ȝ in fortunā conari ſalubrius viſuꝫ eſſet·multa mēti
occurrunt:huc atqꝫ illuc animum conuertens ad quos confugerem non ſatis pro
ſpicio.Demum tu preclariſſime athleta occurriſti:ſubijtqꝫ mentem tui quidem no
minis fama percelebris·que nedum chriſtianos:verum exterorum fines ⁊ vſqꝫ ad
indos penetrauit.Accedit ad hoc fidei integritas:animi generoſitas mentiſqꝫ ma
gnanimitas.qua tu:tuiqꝫ cōmilitones prediti ſunt.Preterea precellentis trium⸗
phi gloria:quam (obſidiōe qua genitor meus Rhodios oppugnauit) adepti eſtis
Illuſtre quidem facinus:othumannorū familiam (ſupra octingentos annos tro⸗
pheis triūphis atqꝫ ouationibus celebratā) virtute veſtra propulſaſſe.ingenti ita
qꝫ tue virtutis admiratione allectus:te tuorumqꝫ militum cetum.nedū dilexi:ve⸗
rum amaui colui ⁊ magnifeci.Ueſtre quippe:virtutis tante ſunt vires vt nedum

ſue gentis: verum exterarum nationum animos alliciant. Nec parum attulit mihi fiducie: ꝙ tu chriſtianorū principū fauorem gratiamqꝫ haud immerito complecte ris. Qꝫ per te: cui quidem nominis ſplendor in oriente late diffunditur. Nulli cer te mirum videri debet: ſi perſonam tue fidei crederemus. qui magnanimus ⁊ ſapi entiſſimus genitoris preteritas iniurias paruipenderes: ⁊ filium tiranni ad te con fugientem non contempneres: verum conſilio auxilio atqꝫ preſidio foueres. Sed tacitus forſitan cogitas: quo iure cum germano de regno hic contendit qui minor eſt natu. Fateor fratrem prius in lucem prodiſſe: hac quoqꝫ ratione imperio exclu ſum iri contendo. Patre enim genitus eſt non rege: qui (nondū principatū adep tus) ipſum genuit. Poſſideat igitur: quorū pater (dum eū ſuſcepit) potitur. Ego vero a patre rege imperialibus inſulis ornato: genitꝰ natus educatuſqꝫ ſum. Nec patrem vidi cognoui atqꝫ colui: niſi regem imperatorem ac principem rerum poti tum. Quo fit: vt optimo iure quod pater (cum me genuit) poſſedit: mihi debeatꝰ nato. At: mittamus hec. Potuit ne me regno paterno auitoqꝫ prorſus expellere: ⁊ regio iuueni dignam portionem denegare? Regiam gazam: precellentemqꝫ ſu pellectilē inuadere ſibi aſcribere ac diripere. Cōmilitōes (vt mihi infenſi eſſent) donis corrumpere allicere atqꝫ mouere: ⁊ me ad interitum vſqꝫ vrgere. O fratris ſeua crudelitas? O germani cōtumax tyrānis? O ſanguinis ceca cupiditas? Pu det hec: de fratre queri. Sed ꝙ non erubuit: me paterna hereditate ſpoliare. equū eſt: me (iniuria ſpoliatum) coram his ad quos confugio haud verecunde cōqueri. Qui enim medici operam petit: dolorem ⁊ vulnus detegat neceſſe eſt. Ad te con fugi Rhodiorū feliciſſime pñceps: voſqꝫ amplector fortiſſimi milites. faceſſant igi tur paterne contumelie: ad calamitatem (qua premor) mentem conuertere velis incliciſſime athleta. qui hoſtium armis audes reſiſtere: ⁊ principum calamitati ſcis ſubuenire. Percuciam quippe cum chriſtianis perpetuū foedus: nec eos armis la ceſſire conabor. paterniqꝫ imperij portione non indigna contentus: armis poſitis quieſcam. Nec immemor beneficiorū (a te ſuſceptorum) ero. Imploro tuum preſi dium. inuoco principum chriſtiane religionis auxilium: vt ⁊ mihi ⁊ ipſis conſulāt germani ſeuiciam vindicantes. pro inimico amicum: pro hoſte hoſpitem. pro infi do fidum: R. P. chriſtianorum vendicabūt. Rege ſilente: magr̄ ita loquutus eſt.

Reſponſio Magiſtri.

Verba tua illuſtriſſime Rex: prudencia ſunt plena. Qꝫ me ⁊ rhodios equites tan topere laudaris: tue quidem modeſtie aſcribimus. Si quid enim glorie fame aut dignitatis in noſtro relucet cetu: deo gratiarum infuſori attribuimus. Ex cuius ꝓ uidentie fonte: cūcta manant fluūt ac deriuātur. Nec te moueat: ꝙ chriſtiani ⁊ cru ce ſignati ſumus. Rhodiorum quippe ciuitas cunctarum gentium aſilum refugiū ⁊ portus fidiſſimus eſt. ad quam (patrum noſtrorum memoria ⁊ tue gentis ⁊ alia rum non contempnendi principes) qui confugere: gratiam cū humanitate repor tarunt. Nec enim decet generoſos animos: cum de foedere agitur hoſtiliū armoꝝ reminiſci: Si genitor fuit acerrimus Rhodiorum oppugnator: putauit ſue legis de cori id conducere. Egit vt hoſtis: nos autē vt hoſti gladios obiecimus. Deus tan dem clementiſſimus iuſtiori fauit parti: ⁊ victorie angelum rhodijs mittere digna tus eſt. Tu vt hoſpes amicuſqꝫ accedis: iura quidem hoſpicij beniuolencie ac dile ctionis prebeamus decens eſt. bono ac erecto ſis animo: pro virili parte rerum euē tui conſulere. quodqꝫ tibi ⁊ nomini chriſtiano conducat: exequi nō paruipendemꝰ

quantum ⁊ ingenioli: ⁊ fortunarum facultas ſuppeditarit. Romanus quidem pontifex: reges potentatuſq; catholici. Qui religionis chriſtiane tenent gubernacula: potentia ſapiētia ac propenſiore in .R.P. chriſtianorū voluntate prediti ſunt. qui tui aduentus occaſione frui ſcient: te nō deſeremus. ſed nos huic cauſe: propicios comperies: Placuitq; plurimū tui iuris ſummam intelligere: vt iuſte cauſe inniti videamur. Grateq; ſunt oblationes: que non niſi ab animo grato ⁊ generoſa mente (que omnem reſpuit ingratitudinis labem) proficiſcuntur. His dictis regeq; ſalutato edes reuiſit.

Conſultationes Rhodiorum.

Totis diebus frequens ſenatus cogitur: vbi ſapientiſſima conſultatione res agitātur. Placuit tandem principi ac rhodiorum ſenatui: in eam quoq; ſententiam cunctorum animi inclinantur ad Romanum pontificem imperatorem reges ⁊ principes catholicos: literas dari nūcioſq; mitti. qui regis zyzymy ad rhodios confugiū nūcient: oportunitatemq; a deo oblatam ſignificent. quo .R.P. chriſtianorū: conſuli poſſit. Optimumq; viſum eſt: vt profugus princeps ſub tutela magrī ⁊ rhodiorum equitum ad occiduas migret prouincias. Facto S.C. litere nūciiq; expediuntur Ac nauis oneraria paratur que regulum deuehat. cuius conductores deputantur preſtantes rhodiorum milites: qui kalendas ſeptembris M.cccc.lxxxij. Nauim cōſcendentes portu feliciter ſoluūt. Ea quoq; pompa ⁊ ornatu: quo Zyzymy vrbē introiuit. Poſtq̄ dies duo de quadraginta morā traxiſſet: Rhodo diſceſſit.

Magiſter et zyzymy ſedentes in menſa ſimul.

Conuiuium Celebratur.

Pridie eius diei inuitatus diſcubuit rex ⁊ magiſter: appoſita ſunt cuiuſuis generis obſonia. Nec condimēta a coquorum peritia confecta defuere: miratur barbarus latinorū mores. Nec ſine moleſtia diſcubuit: ꝙ poplites more ſolito flexi nō eſſent. Condimēta digito indice preguſtat: quod dulce eſt faſtidit. acetoſum deſumit: mā dens aſtantes luſtrat oculis. In menſamqꝫ recumbens: curuato corpore paſcitur. In magiſtrū ſepius oculos furtim iacit: vt edendi morē notaret. Nec defuere artis muſice periti: qui inſtrumentorū armonia auditū ſuauius afficerēt. Inter quos Britānus quidā: quaternis fiſtulis cōnexis flabellis per vlnas preſſis dulcius canebat. Delectabat ⁊ ſonora canentium vox edita. At barbarus ſuauiori cantu inſuetus: gaudium pre ſe tulit nullum. donec thurcus coquinariam exercens: barbarico inſtrumento melodiā edidit. tunc enim erectus: parūper ſubriſit.

Deſcriptio morum ⁊ liniamentorum Zyzymy.

De moribus autem Barbari principis: in calce narrationis quantum coniectare potui: haud ab re erit diſſerere. Zyzymy Rex: octauum ⁊ xx. agit annum: ſtatura procera: Valitudine proſpera. Cuiꝰ vultus ferocitatē pre ſe fert. Oculis parūper obliquis: ac ceruleis. denſo ſupercilio: naſi radice fere vtroqꝫ coherente. Siniſtrum in frontem eleuatur: dextrum ad oculū vergit. Os paruum: labia groſſa. quorū ritus ſiniſtrorſum plerumqꝫ contrahit: ac dentes detegit ⁊ condit. geſtuqꝫ ipſo ſiniſtram palpebrā inclinat: ⁊ paulopoſt eleuat. Naſus ei eſt aquilinus: in medio paululum eminentior: cuius extremitas in ſiniſtrum tendit: mentum ei exile. Cutis colore eſt nucis caſtanee. barba rara non promiſſa ſed ad cutem forcipe tonſa. obeſa ceruice: auribus paruis. Corpuſqꝫ carnis ſarcina onuſtum. Obeſitas ventrē proiectum magis ⁊ poſteriora grauat: ꝙ̄ cetera membra. brachia crura tibie ac pedes: proportione ſunt compacti. Nec adipis pondus officit: quo minus ſaliendo equitando venando atqꝫ ſagitādo agilis ſit. Corpus enim haud ſecus geſtat ac ſi gracilis eſſet: ⁊ obeſitas non grauaret. Si quid moleſti affertur oculorū motu acutaqꝫ voce: iracundiam repente indicat. At ſi grauis vir adſit: tēporis puncto facies temperatur. ⁊ ſubridens: ſimulatoris diſſimulatoriſqꝫ gaudet officio. Dum excandeſcit vocem edit acutam caprine haud diſſimilē. Cum quieto loquitur animo: grauis ſermo eſt. temperatus ⁊ modeſtus: ſed rarus. Nec quamuis profugus ⁊ extorris: a principis dignitate cadit. Cibi plurimi eſt: voraciſſimoqꝫ ſtomacho tanꝙ̄ fornace feruet. Vinum reſpuit niſi aromatibus confectum: ꝙ alteratum ſpeciemqꝫ mutaſſe arbitratur. vt acetum quod ex vino gignitur: ſueqꝫ originis ſpeciem alterat. Auidius bibit comeditqꝫ ꝙ̄ principem deceat: vt vorare potius ꝙ̄ edere eum arbitreris. Nec edulia ſatis dente terit: que in os indita inglutit. ac minus trita: raptim aperto hyatu vorat. Aſſa appetit: lixa faſtidit. Melones vuas pira atqꝫ poma: ⁊ cuiuſqꝫ generis fructus appetentiſſime mādit. Modico pane veſcitur: aqua vſui eſt in potu. ſacaro indito quod paulatim liqueſit. Calore algore mediaqꝫ impaciētiſſimus. Affatim ſudat: fluūtqꝫ tunc a frōte ⁊ genis ſudoris gutte copioſiſſime. Veſte gaudet illuſtriori. Thermis balneiſqꝫ aſſiduis vtitur. lauato ī thermis corpore: demum e gelida aqua perfunditur. Natandiqꝫ artem callet: quotidie quoqꝫ in pelagus ſeſe mergebat ⁊ ſtantibus cunctis: inuerecunde natabat. Circūſtantes oculis luſtrat: ſubtriſtis ⁊ cogitabundus ſemper videtur. Si leticie indicia dedit: id p̄re

magiſtro maxime effecit· Religioſiſſimus in mahumeteã legem: cuius cultoꝛ obſer uantiſſimus eſt· Si quem ex ſuis vino madentem conſpexerit: in eum furibundus irruit· Inſtabilis eſt adeo: vt loco eodẽ ſe diu continere non poſſit. ediũ cellulas om nes luſtrauit vt cubaret: nec domoꝛum ſuperioꝛẽ planiciẽ contempſit. Quinnimo cubili parato: noctes aliquot illic ſomnũ ad auram cepit· Thurcoꝛũ lingua periciſ ſimus: ingeniũ ab ineunte etate literis applicuit· ita vt geſta ſcribere: non ignoꝛet· Res quoqꝫ genitoꝛis magnifice geſtas: literis mandauit. Matrem inclita regum ſeruie familia natam: duoſqꝫ liberos marem ⁊ foeminam tenelle etatis apud cara ras reliquit.

Thurcorum rex: Rhodiorum pacem affectans.

Guillelmi Caourſin Rhodiorũ Vicecancellarij de celeberrimo foedere: cũ thurcorũ Rege Bagyazit per Rhodios inito: Commentariũ lege feliciter.

GRandes iacturas Clades atqꝫ ignominias (religionis quidem chriſtiane: noſtra etate patrumqꝫ noſtrorũ memoria) thurcorum gens fetida atrox nephandaqꝫ attulit. Quas in preſentia repetere: in animo non eſt. Nec enim dicendi facultas nec ingenij vis ſuppetit: vt latum hunc ſcribendi campũ introire auſim. Sunt enĩ percelebres viri: qui (non ambigo) ea perſcribunt. ⁊ melius etatis noſtre geſta: perſpicaci mẽte norũt. Propoſitum eſt breui quidẽ ſermone docere: foederis rhodiorum cum bagyazit (othumannide thurcorũ principe) nuper percuſſi celebritatem ⁊ cauſas explicare.

Cauſe (ad pacem ineundam) explicantur.

Bagyázit enim orbatus patre: principatus gubernacula ſibi vendicat. germanũqꝫ cum eo de regno contendentem Zyzymy regem: aſia armorũ vi expulit. Qui extorris ad rhodios confugit: quemadmodum commentario edito latius deſcribitur. Dum othumannides germani: de imperio contendunt. Occaſioqꝫ peropportuna chriſticolis: iniurias vlciſcendi a diuina clemencia datur. pro vt in oraciuncula de morte thurci habita: exclamatum eſt. Gens quidẽ chriſtiana: oculos mentis affectuum caligine obductos haud aperiens. oblatam oportunitatem explodit ⁊ quiſqꝫ priuatis rebus intendit. Chriſti profecto ſanguis in chriſtianorum mentibus ſarmatico mari eſt gelidior: ⁊ qui ferventior eſſe debuit algore glaciẽ ſuperante riget. Heu prochdolor: dum maxime zeli ardor petitur tũc ebetior efficitur. Sapiens profecto ac diues ytalia inteſtinis odijs flagrat: mutuoqꝫ mucrone ſeſe confodit. armis potens nobilis gallia peſtilente ſidere annoneqꝫ penuria vexatur: et belgas gallorum fortiſſimam gentem armis perturbat. fortes quidem hiſpani: pace fruuntur. tempus ocio terentes aſſiduoqꝫ cogitantes quo pacto barbarã gentẽ betice imperitantem: fretum gaditanum traijcere ⁊ patrios lares remeare cogant Theutonum natio indita: que incolarum frequentia ceteris facile preſtat. principum pluralitate ſuaqꝫ magnitudine laborat: ⁊ priuatã ditionem tutari quiſqꝫ vel augere nititur. Anglia ſtrenuis viris referta: eo dotale a ſcotorum rege repetit ſpõſeqꝫ cõtemptum vindicare properat. Quo fit: vt bellicoſiſſimi viri acri bello implicentur. Mira certe morũ inſania: pace omniũ (zelo fidei impulſus) dixerĩ. Gens chriſticola que ſui redemptoris ignominiã vindicare debet: priuatis obcecata affectibꝰ in probanos vſus ſuas vertit vires. vtinã ſeua hec arma: hec fortia pectora he vires: hi cenſus thurcis obicerẽtur. vt ſaltẽ grecia ⁊ imperialis ſedes (tẽpeſtate noſtra) catholico cultui ablata: chriſto redintegraretur. ⁊ qđ noſtri patres noſqꝫ filij perdidimus: nr̃o cultui vendicemus. Miſſas faciamus querelas: deus ſine cuiꝰ nutu nil recte agitur. Qui ex alta ſpecula vagas hoim̃ mentes proſpicit: gratiam mẽtibus infundat. qua illuminati catholici de nephanda tyrãnide: vĩdictã quãdoqꝫ ſumant. Nec inter hos quidẽ armorũ fremitus: ⁊ truculẽtiſſimas fidei hoſtium vires horridaqꝫ arma. clariſſima rhodus minori aſie (que thurco paret) adiacẽs quieta pſiſtit. Ipſa certe multa detrimẽta multa pericula: multa inſuper tormenta

eſt experta. Quibus licet oppugnata afflictaqꝫ preſſa fuit: non tñ expugnata victa
vl' diſtracta extitit. Sed chriſtianorū cultū fortiter tutata eſt: ac iuuāte deo retinuit
vt in puſillo principatu ⁊ paucorū cruce ſignatorū cetu: machabeorū inſtar diuina
virtus eluceret. ⁊ thurcorū tetras mentes perterreret: qui (deo poſt habito) ſua fe
rocitate confidūt ⁊ proprijs viribus innituntur.

Thurcorū Rex Rhodiorū pacē affectās quoſdā ſubmittit: qui ad foedus ꝑficiēdū magr̄m hortēt.

Impulſus itaqꝫ Bagyazit thurcorū imperator: dum fratrē ꝑſequitur ⁊ regno ſpo
liat. rhodiorū generoſitate pacē inire affectat: vt fratri confugij ſpē auferat. Sed
barbarus princeps grauitate ſeruata: ne imperioſū othumānidū ledat animū clā
deſtinis conſilijs foedus petit. Quoſdā quippe ſubmittit: qui negociorū ꝑtextu va
fro ingenio excogitatorū pacē inire hortentur. Rhodiorū vero precellēs magr̄ pe
trus daubuſſon: cōſilio perſpicaci preditus tegnes horū vītās: parūper ſurda aure
monita preterit. ac tempus terēs: diſſidij fratrū operit exitū. Bagyazit huiuſce ne
gocij ſuaſores: nō ſatis habere pōderis cōiectās. clam ſankiakbei licie preſidē: rho
diorū fines incolentē (vt arte pacē ſuadeat: ſeqꝫ mediatorē offerat) inducit. Ma
giſter aures parūper accomodat: qꝫ grauis vir eſſet preſes. Sic ſemeſtres inducie
pacte: quo de pace tucius tractetur. Nec magr̄ magnopere fidē barbari fallaci in
genio adhibet: ſed vt induciarū pretextu cōmeatus vēdicet morē barbaro gerit. At
quāto magis pax differtur: Bagyazit ardētior tanto redditur. Itaqꝫ diſſidio fla
grāte fraterno ⁊ principatu micāte: achmat baſiā (ydrōti expugnatorē) impellit.
vt magr̄m ad pacē amplectēdā: literis hortetur. Baſia autē regis ſuaſu ad rhodio
rū principē literas dedit: quarū exemplar hoc eſt.

Epiſtola baſie: ad magr̄m Rhodi exhortātis ad pacē ineundam.

Achmat baſia: aſie regis inuicti Bagyazit imperatoris imperatorum conſiliarius
Splēdidiſſimo principi Rhodiorū magiſtro Petro Daubuſſon: xpianorū athlete
fortiſſimo. S. P. D. Nota mihi tua generoſitas cū fama tū re īpulit vt has ad te
ſcriberē ꝑbreues literas. Tātas quippe vires virt⁹ habet: vt ignotos ꝑiter ⁊ hoſtes
ad amādū alliciat. Virtute ꝑfecto allect⁹ tua: id ꝑſuadere conor. Quod magnanimi
⁊ pugnaces viri q̄ etiā (vt optatā q̄etē īueniāt) arma exercent ſepi⁹ āplexi ſunt: vt
pacē cū pñcipe bagyazit firmare ſtudeas. Nec mun⁹ q̄dē viri ꝑſtātis igeniū ⁊ ſapiē
tia pace q̄ȝ bello relucet: nec arma (que nunc tractam⁹) nr̄is refragant̄ dictis: ho
ſtē ꝓpulſam⁹ vt quietē aſſequamur. Pax certe: diuinum quoddā ē donū. ſine qua
nec ſubſtancie ſeparate. nec celorū motus: nec elementorū trāſmutationes. nec cor
poris humani cōpages: nec regna nec vrbes. nec res domeſtice: ſempiterne diutur
ne atqꝫ felices eſſe poterit. Qua ratiōe ducti: pñcipatus qui ſapiētia ⁊ potēcia pol
lēt (⁊ ab oriēte ⁊ ab occidēte nr̄i qui pñcipis fines accolūt) foedus prudēter inire.
Quorū exēplo ſuaſ⁹: tā celebre ⁊ diuinū bonū explodere nō debeo: Quod ſi expetiue
ris: tue prudēcie apud nos fama mirū in modū augeſcet. Si rēnues: poci⁹ te diui
no auxilio q̄ȝ hūanis virib⁹ fretū diiudicabo. hoc ꝑſtās mun⁹ q̄ȝ celeriter āplectere
pñceps ſapiētiſſime: fruere trāquillitate. quā rex regū pacific⁹ bagyazit nulli vnq̄ȝ
petētī denegauit: verū cūctorū legatiōes ſui exordio principat⁹ humanitate ⁊ beni
uolēcia excepit. Ero enī fautor tua ꝑſtāti virtute īpuls⁹ cui obtēperare cupio. vale.

Nec magnanimus magiſter ſuauioribus dictis mouetur: at preſagit quo tendant barbari artes. Qui miſſa ſolita feritate: mitius loquitur. Vel quidē lingue ſagax princeps non deſumit: vt virulente caude ictus vitet. Nec floccipendit ſuaſus: ſed vt cautius firmet pedem. ⁊ nūcios miſſitando tempus teratur: fraterni diſſidij exitum eminentem prudenter expectans. Litteris reſpondens: ad baſiā epiſtolam ſcribit in hec verba.

Littere Magiſtri Rhodi ad baſiā: reſponſiue ſuper foedere ineundo.

Petrus Daubuſſon Rhodiorū magiſter. Clariſſimo thurcorū prefecto Achmat baſſe Regio conſiliario. S. D. Epiſtola tua humanitate ⁊ prudencia referta nobis reddita eſt: que ad pacem ineundam ſuadet. Nec enim ignoramus: quanta bona pax parturire ſoleat. ⁊ quam efficax ſit ipſum diuinū munus: quod orbis machinā regit. Quam ſi mortales amplecti ſtuderent: ⁊ quiſq; ſuis finibus eſſet contentus ⁊ aureum profecto ſeculū haberemus. At ſeua rapacitas ⁊ dominandi libido: quorundam furibundas mentes adeo inuaſit. vt nec quieſcere ſciunt: nec alios in pacato eſſe permittunt. Si pax quā ſuadeas: his conditionibus imitatur quas amplecti liceat. Si tutus aditus pateat: foedus expetitū non paruipendimus. Res eſt quippe: que publico comodo cōducit. Nec nobis ceteros propontas: vnuſquiſq; aggreditur quod ſibi propiciū arbitratur. Nec enim deus nec natura ipſa: nec homines expetūt. niſi quod humana ſubminiſtrat facultas: vltra quod humano ingenio nil relictum patet vale. Dum litere de percutiendo foedere miſſitantur: nūciorūq; frequentia vltro citroq; intercedit: exercitus diſſidentium fratrum: in aſia militant. Zyzymy quoq; viribus inferior. Aſia Diſcedens: ad Rhodios ſub id tempus cōfugit. Bagyazit autē de fratris profugio ſolicitus: nūcios ⁊ literas propere ad ditionis limites mittit. Licie autē preſes cauilloſo ingenio vir: ſubmiſſis quibuſdā ex vulgo aſiaticis accurate percontatur. Si Zyzymy: ad Rhodios ꝓfugerit. vbi autem Rhodi eum verſari accepit: rem Bagyazit celerrimo aperit nuncio. Qui literas propere: ad noſtrum principem dedit. Preſidi mandans: vt pro tēporis qualitate his vtatur. Literarum autem ſententia hec eſt.

Epiſtola thurcorū Regis ad magr̄m: vt adhibeat fidē Licie preſidi.

Imperator Bagyazit chā (ideſt maximus maximorū) Grecie atq; aſie Rex inuictus: Colendiſſimo ac precellētiſſimo principi Petro Daubuſſon Rhodiorum magiſtro. S. P. D. Preſidi qui mea vice liciam regit. Quedam credidi tibi exponenda: qui ⁊ mentem profecto deteget meam. da itaq; fidem: nec aliter verba audias. quā ſi me coram loquentē intelligas velim: ex intimo namq; affectu manant Quicquid certe tecum pepegerit: gratum mihi fore teneto. vale. Licie preſes (callida mente) epiſtolam non reddit: nam legatos propediem venturos coniectans operitur. quorū profectionē ne prepediret: literas ad tempus occultat.

Rhodiorū legati in aſiam traiciunt: ad pacem tractandam.

Per id tempus legantur in aſiā clari equites. Guido montarnaldus ⁊ leonardus prams: qui de pace tractent. mandatū eſt legatis vt om̄e vectigalis genus reiciāt: nec ignominioſe pactioni (ordini hieroſolimitano nō decenti) aſſenciant. Turpe

namq; ⁊ indecorum eſt: qui pro fide militant incelebre pactū cū mahumeteo inire. Quo die a Rhodo Zyzymy deceſſit ad gallias tranſmigrans: legati rhodiorum in liciam traiciūt. Prouincie preſes (vir quidem fallax ⁊ aſtutus) Bagyazit ad modū familiaris fiduſq;: leta hilariq; facie oratores excipit. quos caute percontatur: ⁊ fallere ambagibus nititur. Expetit magnopere mandatorum ſummā: ⁊ Zyzymy progreſſus itelligere. legati vero prudētes ⁊ graues viri: modo blanda modo minancia verba preſidis floccipendentes. ſobrie reſpondent: nec detegunt que cōmiſſa ſunt. Periit igitur preſidis fallacia: que oratorum perſpicax ingenium fallere nequit. plures dies apud eum his cauſis morati: tandem cum preſidis gracia (quem arduum quidem negociū legationis ius pricipis formido inoleuerat: temperarat quoq;) licia diſcedunt: ac regis tribunal petunt.

Legati Rhodiorum: Regis iuſſu Baſiis mādata exponunt.

Ubi vero legati Regiā appulerūt: Bagyazit thurcoꝝ rege pro more ſalutato. An valeat rhodiorum princeps legatos Rex rogat: hi ſaluum principem reſpondent. Cōmittit legationis mandata: baſiis exponant. Mos quippe apud thurcos inoleuit per interpretes ac interceſſores baſias legatos audire: veteres perſaruꝫ reges imitatos. familiaritatis vitande gracia: que ſecundum ſapientes faſtidium parturit. In conclaui autem: clariſſimis conſedētibus baſiis. Achmat ydronti expugnatore: ⁊ Miſſach Rhodiorū oppugnatore. legati honore affecti. ac ſedere iuſſi mandata nunciant. Guidoq; legationis princeps: in hec verba loquutus eſt.

Legati Rhodiorum ſedentes ante tres Baſſas turci·

Guido Legationis princeps: Baſias alloquitur.

Tam celebre ac precellens munus pax dignoſcitur: vt ad eam complectendam ſit facile animos perſuadere. Quam ſi cuncti exoptant: hic tamen peculiaris appetit⁹ vulgus afficit qui agrorum cultu victum querit. Milites enim generoſi armis aſſueti gloriam militando apetunt: milicie quoqꝫ finis pax eſt. quam omnes prompta mente affectant: maxime ſi (reiecta ignominioſa pactione) licitis cõditionibus foedus ſit percuſſum. Quantum noſtri principis ⁊ cõmilitonum rhodiorum bello armiſqꝫ valeat magnanimitas virtus atqꝫ fortitudo: vos nõ latet preſtãtiſſimi viri. Nec felix rerum ſucceſſus fortiſſimos inflat animos: aut inſolẽtiores reddit. at pares firmiqꝫ: belli aut pacis cõditiones ineundi ſemper habiti ſunt. Plerumqꝫ enĩ tempori eſt inſeruiendum ac colonis indolendum: quorum ſudore principes militeſqꝫ ſuſcipiunt alimenta. Preſtans diuinumqꝫ pacis munus: nulli officit: Quib⁹ rebus rex preclariſſimus Bagyazit impulſus: pacem facile amplecti ſolet. ſtudetqꝫ cum vicinis: pacatum agere euum. venimus itaqꝫ tam celebri fructu ſuaſi: ad foedus nulli ingratum conficiendum. Auditi ſunt legati ſumma cum attẽtione per interpretis officium: at vario affectu. Achmat certo baſia non parum verborum magnificencia cõmotus eſt: excandeſcens quoqꝫ ait.

Verba baſie ydronti expugnatoris: ad legatos Rhodiorum.

Miramur vos puſili principis legatos: apud potentiſſimum inuictiſſimumqꝫ regẽ verba (elatum preſe ferencia animum) proloqui audere. preſertim: vbi equa pactione foedus percuti petitis. Othumannidum certe potencia: felicitas nec non ⁊ victoria (cui non pauci ceruicem ſubmiſere) vos mouere debet. Bene vobiſcum certe agitur: ſi vt ceteri pepigere conceſſum ſit. Achmat vultus atrocitatem preſe ferens oratores perterrere conatur: ſed manis ars barbara fuit. legati nãqꝫ intrepida mente perſiſtunt. Ipſe quoqꝫ legationis princeps ait.

Guidonis legati: reſponſum baſie datum.

Clariſſime baſia: mahumeteus es. et vnum colis deum: cui omnipotentiam tuus aſcribit legiſlator. A quo: quicquid poſſumus manat. non certe me tua terrent verba: cum potentiſſimũ tribunal nominas ⁊ noſtram arguis imbecillitatẽ. deus quẽ tu ⁊ nos profitemur: victoriam puſillo ⁊ imbecilliori plerumqꝫ cõcedit. pro ſue immenſe volũtatis: arbitrio. Quod rerum magiſtra: ſagax experiẽcia ſepius edocuit. Illicitum quidem pactum: merito faſtidimus. Nam noſtri principis ⁊ cõmilitonũ animo ſitum eſt: non niſi cũ decore ⁊ fidei catholice (quã profitentur) honore etatem agere. Siue bello ſiue pace verſent͂. Quod decẽs eſt: poſſumus. qđ vero ignominioſum eſt: nequimus. Querendum eſt ab vnoquoqꝫ qđ eius ſuppetit facultas. Si aliter cenſes: deo ⁊ legiſlatori tuo refragaris: qui a te nõ niſi quod poſſis exigũt Baſia autem Miſſach (Rhodiorum oppugnator) vir quidem perhumanus ac facundus (paleologorum inclita familia natus) verba interrumpens ait.

Verba baſie Miſſach Rhodiorũ oppugnatoris: ad collegã Achmat Baſiam.

Gnoſco magnanime Collega Rhodiorum equitum mores animos ⁊ principatus

normam: que olim (dum apud patrem iuuenis agerem) accepi. Poſtremo (dum eos oppugnarem) generoſitatem ſum expertus. ꝛ ꝙ fortiter ſoleant: ꝛ loqui ꝛ honorem tutari. Ne mireris: ſic viget altum genus ſui originis. ꝛ fides quā profitentur. ꝛ ordo cui inſeruiunt. Hi certe potius ceruicem gladio ſubmittunt: ꝙ conſenſum turpi pacto prebeant. Mittamus inania: ꝛ aggrediamur qđ conducat.

Foederis Conditiones: ac regis iuſiurandum.

Referunt baſie ad regem: legatorum poſtulata. Rex decreuit foedus cum rhodijs percuciendum: pacis norma hec eſt. Bagyazit thurcorū rex: iureiurando pro more mahumetee legis adactus ſic fatur. Miles gladium ne ſtringito: Clades inferre caueto. nec continenti: nec pelago armis locū dato. Claſſem offenſam ſalutato negociator. tuto mercimonia exerceto. Cōmeatꝰ ſumito: litem pro tribunalis more decidito. ſeruum profugum: ſi in lege verſatur reſtituito. Si extra legem eſt: xx. nummum auri exoluito. Arx ſancti petri perfugis patens eſto: ſuperſtite Bagyazit principe pacem ſeruato.

Autoris verba in foederis preconium.

Percuſſum certe eſt foedus equis conditionibus: ignominioſa quaqꝫ pactione prorſus exploſa. Quod: vel potentioribus negatum comperimus. Perraro quidē tam celebre feodus: inter diſparis cultus ꝛ potencie gentes confectum gnouimus. Prouidencie quidem diuine laudem aſcripſerim: que regem zyzymy per contingentium cauſarum reuolutas connexiones rhodū conduxit. ꝛ victorie triumphuꝫ rhodijs ex alto demiſit. Hec quippe: Bagyazit ad eas pactiones compellunt.

Legati rhodiorum colloquentes cum Rege thurcorum·

Thurcorū Rex ſemotis arbitris: Rhodiorum legatos alloquitur.

Foedere legatis coram percuſſo: Rex Bagyazit excluſis arbitris. in penetralia ſe conferens: Rhodiorum legatos accerſiri iuſſit: hos ſedentes per interpretem benignis verbis conſulit: de fratris profugio. vbi nam locorum verſetur: an ſit ſaluus. Ad rogata: legati conſulto reſpondent. Poſtremo ſubiungit: pacē cum veſtro principe pepigi. Quem bene valere cupio: hortorqȝ vt legati verba. quem in preſentia mitto: non ſecus ꝙ ex meo ore manantia intelligat. Mentem accipiet meā: cui obtemperare ſtudeat rogo. Hec fatus: legatos dimiſit

Rex thurcorum: Oratorem ad Magiſtrum mittit.

Confecta celebri pace: legati muneribꝰ regijs donati erarij principis ſumptu. rhodum hilares reuertuntur: Comeſqȝ fuit regius orator vir preſtās. Preconiſqȝ voce in aſia ⁊ rhodo: foedus magni populi frequencia (tubarū clangore reſonante) promulgatū eſt. Regius legatus magr̄m adiens literas exhibet: quarū ſeries fuit.

Litere Regis ad magiſtrum.

Rex Bagyazit othumānides chan: aſie ⁊ grecie imperator inuictus. S. D. Splēdidiſſimo principi Petro Daubuſſon: Rhodiorum magiſtro. Preſentium latori fido quidem nuncio: ardua quedam credidi tue probitati nūcianda. que dicturus eſt: ex intimis precordijs manāt. Audias eum: ac ſi me audires. Nec poſtulatis obtemperare recuſes: eius qui tecum equo foedere etatem agere nō floccipēdit. vale.
Mandata exponens: legatus ait.

Legatus thurci colloquens ad magiſtrum.

Regis legatus: iuſſa Magiſtro exponit.

Regem Bagyazit Zyzymy fratrem ſuum confugiſſe ad te: tua in ditione verſari tuiſqꝫ monitis audientem eſſe. Nec ſine magnis impēſis id contigiſſe certo noſce te non lateat preſtantiſſime magiſter. Que cum accepiſſet: non paruꝰ affectus eſt leticia hortatur hunc ſub tuis alis foueas nutrias ⁊ protegas: vt bellorum fomēs pereat. policetur imperator ſumptum: principe ⁊ regio fratre dignum. Magiſter legati poſtulata non reicit: temporum qualitate penſata. qua chriſtiani (varijs implicati curis) nōdum vires in cōmunes fidei hoſtes: cōuertere poſſunt. Expectanda enim eſt etas: que (nutu diuino prouidente) chriſtiani nominis vlciſcatur iniurias. Cedēdū eſt tempori: ⁊ inſeruiēdū humāe imbecilitati. que (altiſſimi gratia) aliquando roborata: illuſtria aggrediat̄ facinora. Legato itaqꝫ: reſpondet magr̄.

Reſponſum magiſtri datum: regis oratori.

Non decet virum magnanimum iniuriarum reminiſci: nec proſtratis crudelē eſſe hoc quidem viliū hominū eſt: qui ſuperbis ſuccumbunt ⁊ puſillis inſidiantur. Rhodia vrbs aſilum quidem eſt: qui ad eam confugiunt. nedum humili loco: verum alto ſanguine regum nati cum humanitate excipiūtur. Regem Zyzymy: licet acerrimo hoſte atqꝫ tyranno natum grato excepimus animo. miſeroqꝫ eius caſui indoluimus: ſumptuqꝫ noſtro fouemus. nec denegamus: que tanto pricipi cōueniūt. Nec faſtidiat Bagyazit Zyzymy profugum extorremqꝫ: indecorum quippe familie othumannidum eſſet. Regum iuuenem apud exteras nationes degentem: ſtallidum ac penuria preſſum eſſe. Nec a nobis exceptus eſt: vt ſcādalorū fomes ſiet. modo tuus princeps: occaſionem non dederit.

Pactio inita: pro Regis Zyzymy ſumptu.

His ſuauioribus verbis tempori ⁊ rebus accomodatis: oratoris animū allicit molitqꝫ. Pollicetur itaqꝫ legatus: pro annuo Zyzymy ſumptu. Quinqꝫ ⁊. xxxx. Milia nūmū auri: quos rex Bagyazit quotennis. k l. Auguſti Rhodi exoluet. Magiſter autem: Regem Zyzymy ſub tutela ordinis hieroſolimorū. apparatu regio affectum ſeruare pepigit. ne diſſidij materia oriatur.

Mors Achmat Baſie.

Haud abſurdum erit: connectere clariſſimi viri Achmat baſie ydronti expugnatoris inſperatā necē. Miles quippe erat magno animo: artiſqꝫ militaris pericia preſtans. Qui ſatellitum manu potens: apud thurcos non parum autoritatis ſibi vendicarat. vt thurcorum principi: vel terrori eſſet. Quāuis enim conſiliarius: ſimultantibus tamen redditur infenſus. preſertim: qꝫ Zyzymy factionem ſequi videretur Vehementer quoqꝫ principis animum mouit: ſuſpectumqꝫ reddit. Qꝫ in rhodiorum foedere percuciendo: ex animo non fauit. verum pacem deteſtans: turbare conatur. ne qui Zyzymy fouent cum Bagyazit foedus inirent: ac ne terror aſſiduꝰ ſopiatur. Princeps itaqꝫ thurcorum: nil potius animo machinatur. qꝫ baſie mortem inferri. quem plus iuſto: grandem potentemqꝫ cōſpicit. Erat quippe baſia chriſtiani nominis ſeuiſſimus hoſtis: proponebatqueqꝫ iterato ytaliaꝫ (ſi oportunitas

daretur) aggredi. ⁊ rhodijs: infenſiſſimus diiudicatur· eius certe immanitatē nō
tulit amplius clementiſſimus deus: permiſitq; (vt debitas ſceleri penas quādoq;
lueret) a Bagyazit interimi· Nactuſq; eſt thurcorum rex: occaſionem necis potiſſi
mam. ꝙ pacem rhodiorum oppugnans baſia: mentem ſuam Zyzymy beniuolam
detegit· vbi autem Regis orator de pace concluſit: ⁊ res apud Rhodios compo-
ſuit. id quoq; ⁊ Zyzymy in remotis agere celerrimo nūcio ab oratore miſſo. Rex
accepit· accitis baſijs ac nonnullis preclaris aule regie viris: lautum celebrat cō-
uiuium· diſcumbente igitur ⁊ opipere cōmeſantes: vino incaluerunt compotores·
Nam licet eo genere potus: mahumetea lex thurcos interdicat. Princeps tamen
qui nunc imperat legis violator: mero plerūq; madet. facileq; ſatellites: in delica
tum morem allicit· Interbibendum varij (vt fit) incidunt ſermones: ac Bagya-
zit de cōmilitonum ſtipendio minuendo iactitat. ⁊ tanq̄ rex pacificus ⁊ quietus: de
induſtria affirmat. ſe velle quoſdam ex beniuolis honore afficere: alios autē digni
tate deſtituere. decet enim ait pricipē ſibi affectos tollere: ⁊ ingratos infenſoſq; de
primere. Notat certe princeps baſie ferocem animum: qui pacatum imperium fa-
ſtidiebat· quare verbis eum irritare cupit: vt mortis inferende cauſam aucupetur·
Infelix vero Baſia (Vino madens) hoc audito: Incautius in hec prorumpit
verba. ferocitatem quandam preſeferens: quam hauſtum merum exagitarat. Nō
es inquit quietus rex nec in tranquillo conſtitutus: viuit certo frater emulus ac ho
ſtis tuus. Othumannidiſq; clariſſime familie vetus quidem conſuetudo decernit:
nullum othumannidem ſuperſtitibus germanis indubitatum regem eſſe· Quibus
interemptis: firmatur imperiū· Veſtente igitur aura etherea fratre Zyzymy: rex
pacificus non iudicaris· nec tibi conducit cōmilitonum animos irritare: cū id tibi
officere poſſit· Quo dicto ſatelles elinguis: cui morbus ſermonē pridem precluſit·
Ac per ſigna mentis conceptum promit: ceterorūq; nutus auditu excipit· Qui ba
ſie tergo adheſerat: arrepto ſtatim ſitico cultro prout a principe clam prius iuſſus
eſt· Achmat baſiam ſex mortiferis vulneribus confodit· ad primumquidem ictum
Gladium ceruici· ſecundum: aurem dextram adigit· ad cuius impetum: baſia in fa
ciem ſuper menſam facile procumbit· ſedebat namq; flexis poplitibus: ⁊ inſperatū
vulnus vino repletum virum non difficulter proſternit· ſicarius quoq; quinq; vul
nera ſuperaddit· vt necem haud dubiam inferat: nec fuit ex aſtantibus qui caſui in
doleret· At omnes leticia affecti: facinus probant atrociſſimum· Quoſdam quoq;
baſie ſatellites: qui eius factionis fautores erant· ilico per ſicarios necari iuſſit rex:
⁊ alios palis ſuffigi· Sunt qui affirmant: regem (ceteris conuiuis) cōclaui (exce
dentibus) baſiam acciuiſſe: ⁊ ſuo iuſſu non parum vini ebibiſſe· quo epoto: neruo
ſitici arcus gule adhibito. neruūq; in cōtrarias partes duobus regijs cubicularijs
trahētibus: ⁊ ſic baſiam vino ſomnoq; ſepultū ſuffocatum eſſe· Quidam eo in hau
ſtu toxicum deſumpſiſſe: ⁊ ita interijſſe putant. facinus quidem atrox (paucis ad-
miſſis arbitris) patratum: quo varia necis fama oritur. Thurci namq; ſui princi-
pis vicia perraro edere audent· nec magnopere quiſq; curat· Quid geratur in ali
os: dum ſibi damno non contingat: afficiuntur quippe inuidia: ⁊ imperādi libidine
egreq; admodum ferunt: alterius virtutem generoſitatem atq; fortunas ad quas
deuorandas: aſſiduos pandunt hyatus. diues hic fuit baſia: auro gemmis ac ſupel
lectili ſplendida. ea quidem gaza ad Bagyazit erarium peruenit: ex qua non pau
cos ſibi caros ditare feſtinat. Interijt profecto: thurcorum dux audaciſſimus fero
ciſſimus animoſiſſimuſq;· qui potius arma q̄ togam experiri cupit: ⁊ ſeuam mentē
in chriſticolas preſeferebat. Nil potius ſiciens q̄ Rhodiorum excidium: quorū vel

occaſione potiſſima haud precognitã atrocemqꝫ ſubijt necem.

Auctoris (in rhodiorum preconium) verba.

Gaude clara rhodus: que tantis preconijs ab antiquis predicaris. Quando vnq̃ꝫ tam celebris fama: ac glorioſum nomen tibi contigit. Etate quidē noſtra: ad tuam laudem dilatandã. Redijt illud priſtinū ſeculum: ſub quod illuſtria aggrediebaris facinora. Nec tamen: noſtris ſunt comparanda. Exulta inſula ſuauiſſima. Letare clima mundi digniſſimum. qꝛ vrbem habes tam celebrem: a qua tibi nomen eſt inditum. et in qua ſaluator noſter chriſtus: ſalutis noſtre miſteria operaqꝫ propalare dignatus eſt: Seuiſſimi quidem tyranni mahumetis: vrbiū expugnatoris. mithridate ac antiocho potentioris: Creſo rege ditioris. nerone crudelioris: ſeua propulſaſti arma. tanta ira ob tuum triumphum affectus eſt: vt paucis decurſis mēſibus atrocem fetidamqꝫ animã repēte vomuerit. Liberi quoqꝫ nephandiſſimi tyranni ad eorum vitam ditionem atqꝫ famam ſeruandã: et ſub alis tuis tutandã fouendãqꝫ credunt. Bagyazit et Zyzymy fratres: tuum tribunal adeunt. Nec recuſat ſuperbiſſimum potentiſſimum et auariſſimum genus grande pondus auri tuo principi largiri: vt quietem ſibi redimat. Necaturqꝫ tui cauſa: thurcorum dux ac comilito diſciplina militari peritiſſimus ac ſtrennuiſſimus. Grãdia ſunt hec ⁊ pene inaudita: qui mores ⁊ gētiū diſparitatē mēte agitauerit. Si preſciſſet hec atrociſſimꝰ pater: profecto aut filios enecaſſet. aut Rhodios honore ⁊ celebri dono affeciſſet: qui liberorum vitã famãqꝫ tutãtur ſimul atqꝫ defendunt. Tibi ſunt clariſſime magiſter Rhodiorum princeps: preclare animi ⁊ corporis dotes a deo gratiarum infuſore: ⁊ natura manantes. que te reddunt immenſum obnoxium. At certe gratijs te cumulate proſequitur deus: qui tam celebria tã clara tam illuſtria etate tua prouiderit que alijs denegauit. Nulla vnq̃ꝫ (tui nominis famam) reticebit poſteritas vt illud Virgilianum de te dicere auſim. In freta dum fluuij current: dum montibus vmbre. Luſtrabunt conuexa: polus dum ſidera paſcet. Semper honos nomēqꝫ tuum: laudeſqꝫ manebunt.

Zyzymus rex ad Regem Gallie mittitur·

Guillelmi Caourſin Rhodiorū vicecancellarij de admiſſione regis
Zyzymy in Gallias ⁊ diligenti cuſtodia aſſeruatione: exhortatio·

NUllus eſt orthodoxe fidei tam imbecillis cultor: qui ꝓ
virili parte aggredi non debeat quod chriſtiani nomi
nis honori ſaluaqʒ conducat· Etſi corporis vires non
ſuppetūt: voluntas tñ merito adſit· in qua vera ſolidaqʒ
virtus locata eſt· Haud igitur abſonum erit: ſi ab igna
uo puſilloqʒ ingenio viro Quedam dicuntur· que for
taſſis: ſapientum illuſtria ingenia ⁊ potentum manus
excitent· Hinc chriſti zelus diuini nominis amor: in ec
cleſiam catholicam affectus haud temere mouit· Hinc
deflenda orientalis plage labes: immaculatarum ani-
marum lapſus· ſcelerum atrocitas: promere impellit.
Que īgenioli debilitas: balbuciens lingua tremulaqʒ manus edere poſſit· Arduū
eſt enim quod aggredimur: egetqʒ precellenti intellectu viro· qui eloquentia ſuaſi-
one atqʒ exhortatione preſtet: ⁊ auditores facile moueat· Durum quippe eſt etate
noſtra (mūdialibus curis implicitis) catholicis ꝑſuadere: vt que noſtri maiores
patreſqʒ ex in curia perdidere chriſtiane religioni reintegrentur. Iampridem ple
riqʒ viri doctrina ⁊ dignitate pollentes: operam pariter ⁊ induſtriā his in per ſua
dendis perdidere. Loquiores quoqʒ balbi ſunt: ꝙ labores ⁊ impendia ſubire ſua
dent· nec propterea deſiſtere cepto decreui: ſi vel mihi temeritas aut inſania aſcriba
tur· perſpicaci quidem ſapientiſſimorum iudicio doctorumqʒ ſeuero examini editi
onem ſubmittens: dicendi initium aggrediar· ingeniorū profunditas: quod ex pro
ditis equum redolet libat faſtidiatqʒ quod inconcinnum abſurdū atqʒ inſulſum con
ceperit· Si animo deſtinauerim iacturas clades ſtrages ⁊ ignominias deſcribere:
quas chriſtiano nomini mahumetes thurcorū pꝛīceps (qui nuper e vita exceſſit)
crudeliter attulit· Nec vires nec tempus: nec dicēdiqʒ facultas certe ſuffecerit· Is
quippe tyrannus Nerone crudelior· Rege Aſſuero: potentior. Ac Holopherne eſt
proteruior· Imperia enim duo: Regna non pauca. validiſſimaſqʒ ditiones: mahu
metee legi ſubegit· Potentiſſimaſqʒ ac preclariſſimas vrbes: tributum ſubire com
pulit· In qua quidem atrociori perſequutione ſcelerū tam immenſa colluuies na-
ta eſt: Ut ea Nec mens excogitare Nec lingua promere Nec Calamus exarare
potent· Que terſo grauiqʒ ſtilo pleriqʒ doctiſſimi: toti orbi nota reddidere· vt ſup-
fluum fuerit: hūc dicendi latiſſimum campum ingredi· Preſertim: quod in animo
eſt deuotas mentes· attrocitate non afficere: nec obductum vulnus refricare· verū
pro ingenioli facultate: ab omnipotenti deo oblatam oportunitatem· Imperialeꝫ
Conſtātinopolitane vrbis ſedem: vniuerſamqʒ greciam (que europe portio eſt)
ſubigendi ⁊ in chriſtianam poteſtatem redigendi demonſtrare intendimus· modo
adſit: qui voluntate ſapientia ⁊ poteſtate fruatur· ſine quorum foedere: nullum per
fectum proderit opus· Libet enī pauliſper mente coniectari: que cauſa fuerit tanta
rum cladum enormitas· Quoqʒ tam ſeuus immanis ſceleſtus ac prepotens vir: tā
inſignes victorias ſit aſſequutus· Nec id: qui tunc rerum gubernacula tenuerunt:
ignauie aſcripſerim: quam permulti accuſare nituntur· Potiſſimum fuiſſe iudico:
mahumetis illius mirandam inauditamqʒ obedientiam. Cui nec puſillo nec ma-
gno in ditione ſua degenti: refragari fas fuit· At tremebundi attonitiqʒ dicto pa-

rētes :vel interitus pericula non formidarunt· vt omni ſtudio pricipi ꝑarerent
Nec fuit qui de throno imperij cū eo contenderet·His quippe turpiter occiſis:aut
veneno enectis·qui thronū conſcendere conarētur:ditionis imperijqꝫ monarcha
colitur.nec audet aliquis ceruicem erigere:ſed pauidi ad tyranni pedes procūbūt·
Hinc oritur inſolentia :hinc potentia·hinc obedientia naſcitur:hinc fines amplian
di cupido inceſſit·⁊ dum (longinqui priuatarum rerum ſtudioſi) thurco vicini fi⸗
dei tuitionem credunt:horrida ſanies nos inficit·Eſt profecto othumannorū do⸗
mus inter mahumeteos illuſtriſſima:tyrannis ſemper referta chriſtianis moleſta
⁊ formidoloſa·Atqꝫ poſtꝙ yſthmum aſie minoris (ſub heraclio principe :pipino
rege apud gallias regnante) intrauit:grandes iacturas attulit ⁊ mahumeteū cul
tum auxit·Potuit enim parua manu extingui:cum in principatus exordio locata
eſt·Sed paruipenderunt:qui enſes ei obicere potuiſſent·Sicqꝫ torpentibus ani⸗
mis:pedetentim traiecto heleſponto Europam adijt·in qua haud incelebres ditio
nes:ſuo adiecit imperio·ad poſtremum quoqꝫ etatē noſtra:imperialem patriarch
alemqꝫ ſedem ſue fecit ditionis·Poſt cuius expugnationem:vicinis ac inſulis pre
ferti rhodijs cruce ſignatis moleſtiſſima habita eſt·quos etiā deuicere extinguere
atqꝫ perdere:conata eſt·At diuia pietas xpi veros athletas:a tyrānidis iugo ꝓte
git·Cuiꝯ repulſe ignomiīa affectꝯ :draco ille ſceleſtiſſimꝯ mortē obijt atqꝫ dānatā
euomit animā·O imēſa:dei clemētia·O iſcrutabilis:ſapiētia·O inuicta:potentia·
que mira veteris legis renouās:iauditū edidit miraculū·potētiſſimū quidē diriſſi
mū atrociſſimūqꝫ chriſticolarū perſequutorē :puſillo principatui ⁊ cruce ſignatorū
cetui ſubicit·Quem quoqꝫ validiſſime vrbes triumphatorē conſpexere·clara rho
dus:victum preſſum ⁊ tandem ignominia repulſe affectum ridet·dignata quidem
eſt diuina poteſtas etate noſtra oſtendere:ꝙ vile ꝙ imbecille ꝙ eneruatum ſit thur
corum fetidum nomē·vt chriſtianorū animos:priſtinis iacturis attonitos erigeret
conſolaretur ac ſolidaret·deuotaſqꝫ mentes augeret:ad exercitus comparandos·
Qui Biſantium ⁊ Europam:haud indignam ſitus ⁊ orbis portionem (mahume
tea polutione) liberent·Debuit certe Rhodiorum inſignis victoria (diuinis mi⸗
raculis redimita) fideles animos mouere :vt vniuerſo feodere iūcti in nephandū
dracone vires inſtaurarent·At reiecto diuino ſuaſu tabeſcit humana poteſtas :nec
audit mouentem mundi creatorem·Qui pulſans iterato:haud paulopoſt terremo
tibus in Aſia ⁊ Rhodo editis·crudelem tyrannum Rhodijs minitantē :Iam iaꝫ
qꝫ imminentem·vt exoſam ſibi vrbem peſſundet·Repentina etenim morte occidi
permittit·Hinc oritur in aſia europaquoqꝫ thurcorum tumultus:potentum ſimul
tates germanorum nepotumqꝫ tyranni diſſidia:imperij thronū appetentium·Ger
maniqꝫ Bagyazit ⁊ Zyzymy:mutuis cladibus ſeſe cōficiunt· Que res maxime
chriſtianam potentiam excitare potuit.vt vindictam de tyrannica domo ſumeret:
⁊ ab Europa tyranni iugum excuteret.Dormit etiam latina potentia:nec pulſan
ti deo creatori aditus patuit.Communeqꝫ bonum:priuato affectui. Algore rigēs
occidua fortitudo:poſtponit.O ꝙ dura eſt preſens etas:O ꝙ tarda.O ꝙ lenta:vi
nori certo de cauſa noſtri maiores illuſtria aggreſſi ſunt facinora.⁊ inſignem triū⸗
phum:quandoqꝫ de barbaris fidei hoſtibus reportarunt·Erat quippe in eis chriſti
ſanguis feruentior:qui precordia commouit impulit atqꝫ roborauit. Nō enim mi
ſericors deus cordis ferrea duricia commotus:illuſtriori occaſione chriſticolarum
mentes hortari ſtatuit.Qua permittitur fraternum diſſidium diuturnius perſta⸗

rexne aut vi aut dolo aut toxico interiret. Noui quidem thurci: qui nunc biſanciis
imperat· frater Rex Zyzymy: (omni preſidio deſtitutus) ad Rhodios confugit:
ab his quoqꝫ qui patri infenſiſſimi fuere· ⁊ qui potentiam eius retuſerunt: tutamē
preſertim implorans· Preſtat enim profugo clariſſimus Rhodiorū Magiſter vi-
tā: quē a furore gladij fraterni eripit fouet nutritqꝫ ſuis opib⁹ · vt ſuperſtes frater
terrori anxietati atqꝫ tremori fratri ſit imperitanti· Agendis quoqꝫ prudenter cōſu
lēs principē nanqꝫ Zyzymy in occidentē miſit: ne fratri propinquus imperitanti
vim dolos ⁊ inſidias eius ſubiret· felix quippe profugium: quod apertam oportuni
tatem (Res aggrediendi preclaras) affert· Nō eſt enim qui ignoret: quantas cla
des ⁊ ruinas· ciuium diſcordia · affinium diſſidiū fraternumqꝫ odium: imperijs ac
regnis Reipublice attulerit· Sacre quidem gentiliumqꝫ litere: huius labis referte
ſunt exemplis. Nec enim noſtra etas: horum haud expers cēſetur. Nō certe aliter
Romanorum R·P. (olim potentiſſima) interijt. Nec ſecus Athenarum ciuitas
aratrum paſſa eſt. ⁊ Grecorum imperium chriſtum colens: nō multos exactos an
nos hoc affectum malo prorſus occidit. Ait enim: ſapiens quidam · Cōcordia par
ue res creſcunt. Diſcordia: maxime dilabuntur. Saluator quoqꝫ noſter ſumma ve
ritas: id explicās ait. Omne regnum in ſe diuiſum: deſolabitur. Hinc orta eſt (ſtre
nuiſſimi thurcorum ducis Achmat Baſſe ydronti expugnatoris) nex repēntina:
cuius tanta fuit inſolentia procacitas ⁊ audacia. Ut non niſi aſſiduo cogitatu: yta
liam attingere cupiuerit· Eoquidem ſuperſtite: nūq̄ erant vicini quieturi. ingētes
qꝫ clades: minabatur ſeſe illaturū. Erat profecto animo audaciſſim⁹ manu promp-
ptus valido corpore armorumqꝫ peritus: qui nūq̄ quieſcere aſſueuerat. Hunc qui
dē terrore fraterni profugij: Nouus thurcus impulſus dolo necari iuſſit. Hic quo
qꝫ cōmilitonum ſatellitumqꝫ noui thurci lateri adherentium: conſpiratio tumult⁹
qꝫ naſcitur. Qui ſui principis ſomnolentiam faſtidientes: Regis Zyzymy deſide
rio ducuntur. Hinc opum profuſio editur: vt ſibi animos nouus thurcus alliciat.
Hinc aſſidua: in Europe portione (que ſibi paret) atqꝫ aſia trepidatio. tātaqꝫ in
quietudine ac terrore thurcus afficitur: vt iamiam germanum imminere adeſſe ⁊
aggredi ſeſe putet. Nec vigilijs nec ſomno: aliud cogitat aliud voluit aliudqꝫ vi-
det q̄ Zyzymy Regem. Hinc illud inſigne inauditūqꝫ monſtrū natū eſt: vt thur
cum non puduerit· quadraginta milia nummum auri Rhodiorum magiſtro triū
phatori Petro Daubuſſon mittere. pacto inito: vt germanus attentius (ne ſibi
moleſtie terroriqꝫ ſit) aſſeruetur· Princeps quidem potētiſſimus terrore fraterno
impulſus: Rhodiorum magiſtro tributi conditōne ſeſe reddit obnoxium. O dei in
ſcrutabilis: prouidentia. O inenarrabilis: iuſticia. O ineffabilis: bonitas· crudeliſſi
mi quidem tyranni opulentiſſimus potentiſſimus ſuperbiſſimus natus: Rhodio
rum principi cruceſignato aureorum pactorum vectigal ſoluit apud quem germa
nus vitam fouet: quē tanto amore nephandus genitor proſequutus eſt. formidolo
ſus quippe Bagyazit terrore perculſus ſtatim foedus cum vicinis percutere non
diſtulit· Rhodioſqꝫ illuſtriori foedere inſignit: equis quidem cōditionibus pactis
Nec audet trepidus Bagyazit: exercitus in chriſtianos parare claſſem inſtruere
enſemqꝫ obicere. ne germanus adſit: latinorum manu ſuccinctus· O q̄ precioſuꝫ
pfugiū: O q̄ illuſtre exiliū· O q̄ inſigne regis Zyzymy cōfugiū qđ tātā attulit
latinis cōmoditatē quietē ⁊ honorē· Ex quib⁹ certo facile q̄s viderit (mētis tamē
caligine prius abducta) quāta ſit (ab omnipotenti creatore) oblata oportunitas

Conſtantinopolim ⁊ greciam recuperandi:latinorumqȝ ditioni redintegrādi. Si
modo prontior voluntas·potentiam ⁊ ſapientiam ſibi copularit. vtinā adeſſent illi:
q̄ oli tāto animi ardore barbaros peſſundare cogitarūt.quiqȝ nulla porrecta opor
tunitate graui vero difficultate:magna ſunt aggreſſi:aſſequerentur certe nunc qđ
optarunt·Sic Ludouicus ſanctus Francorum Rex:ſic perilluſtres alij principes
Qui ſepius graui incomoditate:ab illuſtrioribus bellis ſunt retracti· Auſim affir-
mare·Si parua claſſe Zyzymy vectus adſit·⁊ non numeroſus terreſtris exercitꝰ
(qui danubio traiecta) ſeruiam intret:Thurcorum potentia europa diſcedet·Si
enim minoris aſie fines:profugus rex Zyzymy tetigerit·Repente Bagyazit qui
nunc imperat (heleſponto tranſmiſſo) europam terreſtribus chriſtianorū copijs
patentem deſeret:vt germano ſe obiciat·Ita haud difficulter:europa mahumetea
ſecta liberatur·Sunt enim hec haud obſcura:qui orientem:⁊ thurci fines accolūt
eiuſqȝ mores noſcunt·Sed qui longo ſitus tractu a nobis diſtant:nauias fabulas
qȝ comentari nos putant·Quicquid quoqȝ dicimus:queſtus gratia dictum arbi-
trantur·Sunt quippe auro fulciti:ſub deauratis tectis latētes delicatiſqȝ cibis nu
triti:qui thurcorum horrida non gnorunt arma·Rerum enim affluentia: non ſinit
hec proſpicere ·Non deſunt quoqȝ inuidi quidam:mordaci dente hec depravātes
⁊ quod mirabilius deteriuſqȝ extitit:pacta pecunia cū thurco initoqȝ conſilio· Re
gem Zyzymy:ſtudioſa attentione toxico enecare conantur·vt ſublata a deo opor
tunitateqȝ data:nouus thurcꝰ in regni ſolio firmetur·Cogitetqȝ ſtabilis ⁊ intrepi
dus:permagnas vires in chriſtianos exercere·Quas germano ſuperſtite manu-
qȝ Rhodiorū aſſeruato:ſopitas eſſe neceſſe eſt·O ſcelus:inauditum·O atrox:ini-
quitas·O deteſtanda:inuidia·horum qui humani hoſtis imitatione ſugeſtioneqȝ
dyaboli:chriſtianorum rempublicam turbare ſubuertere ac eneruare ſtudent cupi
untqȝ ac expetunt·Nec aduertunt ſeſe primum interituros:⁊ exterminium perpeſ
ſuros·Si Rabidus canis (fratre ſublato) inſoleſcat:animum refocillet vires reſu
mat mentemqȝ recipiat·Obcecata quidem mens turrita ſuperbia:alterius gloriā
videre nequit·veniat veniat in mētem:exterminiū strages iacturaqȝ·Quam pre-
ſctis illis tēporibus:Gothi Vandali Huni·ſtrenuiſſimi quidē barbari· latino no
mini attulerunt·Quod profecto principum tenebroſe illius etatis:ignauia inuidia
diſſidioqȝ contigit·Reuoluant horror hyſtoriarum celebres libros:claraqȝ moni-
menta ⁊ qua rerum qualitate verſamur:compertū habebunt atqȝ conſpicient:quā
tam deus ſit elargitus gratiam quam pertinaci animo non noſcunt. ⁊ audire faſti
diunt·⁊ queque (in hanc ſententiam) deuota mente prolata:in reprobum inter pre
tantur ſenſum.Has igitur inſidias:prudentiſſimus Rhodiorum magiſter ſubtili
ingenio ab emulis excogitatas ſentiens.Arbitratus quoqȝ: principem Zyzymy
tutius apud gallias defendi cuſtodiri atqȝ protegi.Quibus certe preeſt Rex chri
ſtianiſſimus:qui catholicam fidem gratia ⁊ preſidio (maiorum exemplo) proſequi
tur.vbi ⁊ ſumma ſinceraqȝ viget religio:fideſquoqȝ relucet orthodoxa:vbi mōſtra
non gignūtur:vbi carent inſidijs ac vbi toxici tabes ignoratur.His cauſis ſuaſus
in franciam Zyzymy Regem mittit.vt robuſtiſſimis (cruce ſignatis) comitibus
ſuccinctus:opido hieroſolimorum in ampliſſimo francorum Regno ſito aſſeruetur.
Sed non defuit commentum:quod principem Zyzymy regno interdiceret.nec ei
pateret aditus:conſtitutione Regia (vti accepimus) refragāte·Que Mahume-
teos Iudeos alienoſqȝ (ab fide catholica) viros Regno excludit. Heu grauem
Sortem:Res vero quidē equa Iuſta memoratuqȝ digna.Deuoto Catholicoqȝ

regis chriſtianiſſimi pectori: vt indigna vt abſurda ⁊ vt iniquã proponitur nec cla
riſſimi facinoris circũſtantie qualitates atq; modi: ſincere ſunt explicati. Quis enĩ
velit (preſertim hieroſolimorum ordo: qui precipuũ erectorem protectorẽ auctorẽ
frãcorum regem colit veneratur obſeruat) immaculatum integerrimumq; regnũ
obſcenis moribus inficere? Quis cupit: regie cõſtitutioni aduerſari? Quis deſide
rat: rem atrocem cõmittere? Nullus profecto ſane mentis: id excogitarit. Nõ erit
quippe in gallijs: Zyzymy ſempiterna mora. Sed ad tempus: quo rebus chriſtia-
norum conſuli poſſit. non erit cum gallis viris integerrimis ⁊ omni immũdicie la-
be puris: Zyzymy cõmercium. Non erit quidem cum incolis aſſiduitas: non erit
cum habitatoribus familiaritas. quandoquidẽ in ſeceſſu concludetur: caſtelli mu-
ris cohibebitur paucis comitatus ſatellitibus. Aderuntquippe eius cuſtodie mili-
tes rhodij: qui conſtantes eorum prauitatem cõtemp͛nunt ⁊ rident. Non debet qui
dem Gallia hunc rẽnuere expellere atq; cõtempnere: cuius aſſeruatione tantum
dec⁹ tãtũ comodũ ⁊ tãtum vtile emanare poteſt. Nec dubitamus piiſſimum regẽ
ac ſapiẽtiſſimos doctiſſimoſq; eius regni viros: haud aliter ſentire. Si modo hui⁹
principis ſtatum intellexerint. Maior quippe comoditas chriſtianis affertur Zy-
zymy fouendo protegendo ⁊ aſſeruando: q̃ inclitiſſimo regno arcendo propellen
do nec nõ ⁊ excludendo. Nec enim regis conſtitutio: nec conditoris intentio infrin
gitur. vbi tam clarum facinus tam grande emolimentum tamq; inſigne monimẽ
tum: ex admiſſione in regnum oritur. Si autem aditus in franciã Zyzymy dene-
gatur: exultabunt inſidiatores toxicorum portitores ſicarij nephandiq; ſatellites.
qui diſſimulato habitu iuſſu thurci: nephandorumq; virorum ſue factionis paſſim
vagipalantur. vt Zyzymy: vel gladio necent. vel rapiant vel veneno interimãt.
Excipe excipe nobiliſſima gallia ⁊ rex piiſſime virum illuſtrem: nobiliſſima mahu
meteorum familia natũ. Qui tãta comoda: chriſtiane religioni eſt allaturus. Qui
germanum magnum thurcum: chriſticolarum finibus arcet. Qui fratrem biſanci
orum imperatorem: tuoquidem regnicole ſplendidiſſimo rhodiorũ magiſtro ſub-
miſſum reddit. Qui paſſionis domini noſtri iheſu chriſti monimẽta: reliquiaſq; in
conſtantinopolitana ſubuerſione raptas. ⁊ a thurco expugnatore ex induſtria cu-
ſtoditas herediq; nato dimiſſas: daturũ elargiturũq; ſe magiſtro pollicetur. Qui
tantorum ſcandalorum: extinctio cenſetur. Qui: quietem chriſtiano nomini prebet
vide ne eum repellas: qui repulſus ſcandalo ⁊ iacture futurus ſit. Si aditum prohi
beas: adſunt famelici ac lupi rapaces qui regium iuuenem deuorent lacerent atq;
opprimant. quo ſublato Bagyazit thurcorum rex cornua eriget: rhodios perſeque
tur. ytalie im[illegible]cibit: hungaroſq; inuadet. Et qui modo timidus ſtupidus ac tre-
mebundus pauet i[illegible]et atq; latet: repente erumpet inſaniaq; inſoleſcet. etiam certe
animum augebit: ſubi[illegible]uſquippe tremor terror ac formido erit. Ex quibus tot gra
uia tot horrida tot enorm[illegible]bſequẽtur: que narrare nemo q̃dẽ poterit. Taceo vr
biũ ſubuerſiones: ⁊ iuue[illegible]ũ fidei abnegationẽ. phanarum polutiones: virginumq;
proſtitutiones. Quorum preterite clades: teſtimonium perhibent haud incertum.
Caue toto orbe digniſſima gallia: triumphis ac tropheis priſcorum gloria clariſſi
ma. Ne tua laudata conſtitutio: tantorum malorum cauſa ſit. Non fuit profecto le
giſlatoris intentio bonum laudabile ac preclarum edicto excludere: quinimo peſſi
mis viris ac ſceleribus regnum purgare. At vbi tantum eminet bonum: in thurci
ſcilicet ad tempus exceptione lex quidem merito atq; Regia conſtitutio cedere de
bet. Que ſeruata: grãde quidem ſcãdalum Chriſtiano nomini ſit allatura. damp
nant certe iura diuina pariter ⁊ humana iura luxuriam inconceſſoſq; concubitus:

proſtibula tñ pmittũtur·ne maius ſequatur malũ: õnia eq̃dem turbent libidinibꝰ·
Moyſeſquoqꝫ libellũ repudij pmiſit: vt homicidiũ vitetur·duellũ quoqꝫ cõcedit:
Si ex eo publicum ſequatur comodum·Tollerantur plerumqꝫ nonnulla quamuis
non equa: ne grauius ingruat malum. Qui profecto rei publice preficitur: licitum
eſt minora permittere mala ne maiora contingant. At dices facienda nõ ſunt ma
la: vt eueniãt bona·fateor quidem: ſi de bonis ⁊ malis ſpiritalibus intelligas ſuppo
ſitum. At ſi de temporalibus fiat comparatio: minora ſequi certe mala ratio ſuadet
Ratus quippe ⁊ foenici conferendus qui minimum ſpirtale bonum eligit: vt ma
ximo temporali incomodo afficiatur. Nec prauum ſimpliciter dixerim: Zyzymy
excipere regnoqꝫ admittere·qui tanta diligentia aſſeruabitur: ne iniquum afferat
exẽplar·Exceptio nãqꝫ hec ⁊ legis infractio: nõ quidẽ malũ moris ac ſpiritale cen
ſetur. nam nec iuri diuino nec iuri cõmuni refragatur·Sed regie conſtitutioni: edi
ctoqꝫ prouinciali repugnat· Quare prouinciale malũ potius dici poterit· Nec enĩ
omnes chriſticole a ſuis ditionibus: Iudeos ⁊ ab fide alienos excludunt· Reſpon
dere profecto conor debilius q̃ neceſſum ſit: his qui exceptioni regiam conſtitutio
nem obiciunt·Sed non aduertunt: que (ipſaꝫ obſeruando) contingant ſcandala·
Ordini preſertim hieroſolimorum: qui rhodijs imperat. ⁊ francorum regij dyade
matis preſidio: ad hanc noſtram etatem defenſi protectiqꝫ ſunt·Grauiſſimum qui
dem ſcelus eſt ſcandalum: ex quo ſepenumero nephanda ſequuntur ſi non cauetur
modeſtia·Doctor quidem gentium Paulus apoſtolus thymoteũ circumcidit: ne
conuerſis iudeis ſcandalo ſit. Quedam quoqꝫ legis moſaice iam ſopite cherimoni
alia ſequutus traditur ad tempus: vt ſcandalũ vitaret·Scandali nãqꝫ tabes: inor
micatum fomes eſt·Sed forſitan quis dicet: fides publica Zyzymy data arcte eiꝰ
cuſtodie repugnat·minime quidem: fides nãqꝫ data Zyzymy regem rhodiorum
magiſtro audientem futurum policetur. Conſilioqꝫ eius potiturum: nec priuatos
appetitus ſequuturũ·Exceptus enĩ nõ eſt rex Zyzymy: vt chriſtiane religioni aut
rhodiorum ſtatui obſit officiat damnumqꝫ afferat·Ipſum certe profugum a nau
fragio a mortis diſcrimine a germani ſanguinolentiſqꝫ manibus: precellentiſſimꝰ
magiſter eripit ſeruat atqꝫ defendit·diſſonum quippe ⁊ a ratione prorſus alienum
ſi quos fautores ⁊ vite tutores ſentit cladem afferat·Terendum quidẽ tempus et
rebus maturius conſulendum: donec etas quietior tranquillior ac feruentior red
datur: Et qui diſſident virtute: fruantur optata. Nulla ſiquidẽ ex eius cuſtodia ori
tur pecuniaria vtilitas: quamuis ampla ſit penſio·prodigum eſt ac profuſum id ho
minum genus: multoqꝫ cibo inſigniqꝫ ſupellectili vtitur·multiſqꝫ impenſas eius
cuſtodia affert: in educandis qui ſue aſſeruationi incumbunt·[illegible] etiam cauſa lega
tiones ad thurcum ⁊ eius ad nos ſepius mittuntur: que ampliſſimos ſumptus faciunt·
Honor quidem comodum vtilitas etiam fidei ac reipublice chriſtianorum: ad ſer
uandũ iuuenem nos compellit·donec qui cuncta pro[illegible] ex eius alta ſpecula chri
ſtianorum tepidas mẽtes inflamet: vt expeditio in fidei hoſtem inſtauretur·Si chri
ſticole oblatam ſpernent occaſionem: ingratitudinem certe nephandaꝫ non feret
deus·luentqꝫ penas quandoqꝫ: qui conatus qui ſanctum propoſitum Quiqꝫ res
propicias iniquo diſturbãt ingenio·Si interierit: aut manus hoſpitalariorum rex
Zyzymy (quod deus auertat) effugerit·Tunc liquido patebit: quanto nunc frui
mur bono·Quod pauci quidem gnoſcunt: plurimi ignorãt·perplures certe: vt ini
quum facinus opprimunt damnant ⁊ faſtidiũt·Docte ac fidelis lector: tuo qui per
ſpicaci ingenio de paucis plura coniectare poteris·⁊ pro intellectus acumine diiu
dicabis: ſi equũ ſit regie cõſtitutioni inherere ac zyzymy repellere·vel cõſtitutionẽ

rectius interpretando flectere: ⁊ zyzymy admittere ⁊ in regnū introducere. Pro-
poſitis quidem duobus: que mali ſpeciem induere videntur ſecundum ſapientis ſen
tētiam. minus malum reiecto maiori eſt eligendū. Si quid acrius ꝙ decuit dixerī:
aut incōcinnum quidpiam edidi vel abſurdū connexui. parce precor qui lectitas im
becilli ingenio: quod pondus tanti negocij ſufferre ⁊ explicare non poſſit. Cedo ti
bi excellenti ingenio doctori: qui potiora acutiora ⁊ prudentiora excogitabis. que
deuotas mentes: non ambigo in noſtram alliciant ſentētiam. valeat felix: quicūqꝫ
perlegerit. Datū Rhodi. xiij kl. octobris: āno incarnatiōis chriſti. M. cccc. lxxxiij.

Angelus monet Turcum: vt manum dexteram Johannis bap. magiſtro donet.

Guillelmi caorſin Galli Belge Duacij Rhodiorū vicecā
cellarij de trāſlatione ſacre dextre ſancti ioānis baptiſte xpi
pcurſoris: ex cōſtātinopoli ad rhodios: cōmētariū lege feliciter·

SApientum percelebre dogma eſt: ingratitudinis cri-
men tanq̄ peſtem atrociſſimam vitādum· Cuius cer
te labes: intellectualem quidem creaturam in profun
dum demergit abiſſi cum lucifero nephandiſq; ange-
lis. eiuſce delicti precipue patratore: igne perpetuo tor
quendam. Nec immerito: id cenſeri debet. Quis enī
munificorum comperitur: qui acerbiſſimo non proſe-
quatur odio beneficiorū immemorem? Tanto magis
igitur eſt deteſtandus truciq; tormento afficiendus: ꝗ
creatori ingratꝰ efficitur· de cuius pietatis eterno fon
te eſſenciam ⁊ animi corporiſq; dotes atq; fortunas
excipit poſſidet ac vendicat. etiam pro meritis non quidem de condigno: felicitas
promittitur eterna. O q̄ grauis: O q̄ horrida· O q̄ deteſtāda igratitudinis ma
cula: beneficiorumq; obliuio? Quippe qui hac labe ſunt infecti: omniquidem cruci
atu ſunt plectendi bonorūq; contubernio abdicādi· Nil enim deteſtabilius: q̄ nul
lius beneficio ſeſe obſtrictū ⁊ ceteros ſibi deuinctos arbitrari· Profecto ab ingra-
titudinis labe alienum non cenſetur: beneficia (que indies diuina pietas Rhodijs
confert) ſilentio preterire ⁊ literis (que obliuionem excutiunt) denegare· Laudes
graciaſquoq; pro virili parte: deo bonorum largitori non agere. Sunt enī qui cuꝫ
dignū facinus patrarint: aſſiduas laudes audire cupiūt nec preconio ſaciātur vllo
Plus certe debemus creatori: qui beneficia vberius elargitur· Hac ratione du-
ctus: ſacre manus dextre diui precurſoris chriſti. ex cōſtantinopoli ad rhodios trā
ſlationem etate noſtra factā: literario ordini cōmendare ſtatui· Quedam veterum
hiſtoriarum monimentis excerpta: pro modulo ingenij geſtis connectendo. Qui le
gis: benignas aures queſo pauliſper accomoda. Nec que ſub ſacro. Ro· eccleſie ſe
ueroq; iuditio pie ſcribuntur: facile cōtemnas. Abeſt certe dictis pertinacia: iuſtuꝫ
q; correctorem non renuo· Quinimo: efflagito cupio ac deſidero

Tranſlatio S· Jo· dextre: ex Antiochia in Conſtantinopolim·

Apud biſanciū magni conſtantini vrbem ſacra S· Jo. baptiſte dextra: cenobio (ei
us nomini ab iuſtiniano principe dicato) quod de petra vulgus appellat ānos ſu-
pra quingentos colitur· Fama eſt haud obſcura: idq; grayarum hiſtoriarum mo-
nimentis conſtat. Sanctum Lucam euangeliſtam catholice fidei tunc iniciatum:
celeberrimi precurſoris virtutum nō ignarum. ſacrumquidem corpus quod in ſe-
baſte vrbe inter hely ⁊ abdia monumento ab eius diſcipulis cōditum eſt: ſurripere
clam ſi poſſit animo deſtinaſſe. vbi vero facultas non ſupperit (qꝛ corporis moles
grandiori dimenſione protenſa non facile occulitur) aliud arte euangeliſta molitur
Cum autem corpus truncum eſſet: ſacro vertice (herodis nephando iuſſu) rese
cto. ⁊ hieruſalem haud procul regia tegumenti portione ab lictore (qui prophetā
ſupplicio affecerat) obuoluto herodiadis regine hortatu: ne ſibi infenſus veritatis
predicator a mortuis ſuſcitaretur terra obruto· Euangeliſte igitur in mentem ve-
nit: haud indignuꝫ fore. Si dextrā que xp̄m baptiſarat: dignitate inſignē exercere

Quod enim diuus euangeliſta animo concipit: ꝙ propere aggredi ſtudet. Cura
itaqȝ adhibita: fidis comitatus Joannis diſcipulis qui ſuperſtites fuere. monumē
to aperto: ſacram dexteram corpore exemit. occulitqȝ ⁊ Antiochiam (vbi poſt hie
roſolimā apoſtolica ſedet auctoritas) transfert. Demumqȝ ea diſcedens vrbe vt in
bithinia euangelium chriſti nunciaret: viris catholicis ſanctum cōmendat pignus
Exactis deīde ānis circiter. ccc. Juliano apoſtata īperāte: qui atroci tyrānide fidei
perſequutores vincere cupit. Sanctarumqȝ reliquiarum: haud contemnendam ia
cturā conſtat eſſe factam. Tiranni nāqȝ edicto: complures igne cōſumūtur. vt mar
tirum memoria interiret: ſanctumqȝ cultum aboleretur. Sed ſacrilegi hominis in
ſania: ꝙuis monarche potentiſſimi ⁊ diſciplinarum dogmate ornati veritati chri-
ſtiane non preualuit. que non mendacijs non gladijs non phiſicisqȝ rationibus in
heret: ſed ſua ipſa ſoliditate firmitateqȝ ſeſe defendit. ymo expugnatores faci-
le vincit: clariſſimoqȝ lucida eſt triūpho. Is quippe dextre precellēciam: ſatiſſuper-
qȝ dignoſcens furibundus. vt ſanctam manum diligentius perquirant: carnificib⁹
iubet. Jnuentamqȝ: igni tradant. Sacrum quidem membrum (deo prouidente)
vi perſequutoris nō ſentit: incolumequoqȝ ab catholicis ſeruatur. Sic apoſtata ne
pbādo fruſtratus deſiderio: apud perſas belligerās celeſti percuſſus vindicta (ſce-
lerum luens penas) interijt. Cum autem ad iuſtiniani tempora peruentū eſt: ca-
tholicus quidem princeps ſacrarum breuiator legum Rhomanorum. celeberrima
illa ede ſancte Sophie: id eſt ſapientie. que eſt filius dei atqȝ ſaluator noſter chriſt⁹
a baſi erecta. Ampliſſimuȝ quidem cenobium: monachorumqȝ diui Baſilij norma
degentiū habitationem. quod de petra vulgus appellat: extruit. Deuotiſſimus ita
qȝ Auguſtus: ſacris reliquiarum monimentis eccleſiarum dedicationem inſignire
cupiens. ſanctū precurſoris verticem: ab ediſſa. dextrā: ab antiochia. chriſti tunicā
ab mara. Aſie vrbibus: conſtantinopolim deferri iubet. Dedicationiſquoqȝ ſolēni
pompa peracta: ſanctas reliquias (vt pactū erat) ad priuatas remittit ſedes. Po
ſtremo vero tempore biſantiorū imperiali ſcemate (ab Leone iij. pon: max. in Ka
rolum magnum: fortiſſimum chriſti athletam francorum regem catholicum) trā-
ſlato declinātequoqȝ ab diuino cultu oriente: irruentibus in aſiam ſcitis ac barba
ris. ſacram manum: deuoti antiocheni accuratius ſeruant. Que ſub id tempus: vt
labantium fides roboretur haud incelebria edidit miracula. Ex quibus duo cele-
briora literis ſunt mandata. que pluri morum fidem barbarorū contubernio laban
tem firmarunt ad eiuſqȝ venerationē: animos alliciunt. Erat illa etate haud pro-
cul ab antiochia in vaſta terrarum ſpeluncarum ſolitudine: immenſa molis dimen
ſione dracō. qui fedi anhelitus exalatione incolas afficiebat: voraciqȝ gutture ab-
ſumebat. preſefert hoc monſtrum: inauditū horrorem. Editus quidē fouea qua de
liteſcebat: arcuato corpore ſquama referto duriſſima. ſolum verreus grandioribus
oculis (fulminis inſtar) ſplendentibus: hyans flatum edebat infenſum. Cuius ſpi
ratione hominum genus interijt: quoſdam quoqȝ mordaci dente vorat. Antioche
ni vero tanto terrore ſtupidi attoniti atqȝ perterriti: ad veſanum gentilium moreȝ
mentem conuertunt. Potior namqȝ incolentiū pars: chriſtum etatis peruerſa cō-
ſuetudine reſpuerat. decernitqȝ inſana gentilitas: draconem annuo ſacrificio (vt
deum placandum. ſic eius atrocitatem: mollire autumāt: nec vana ſpe fruſtrati: nā
id demum effecit vt errorem roboret. Sed hoc tam diu ſufferre diuina non ſuſtinu
it pietas. Homo igitur antiochenus (cui ſors contigiſſet) hyanti draconi quotan
nis ſtatuto die In ſacrificium offertur: quod trepido ſpectante populo monſtrum
deuorat. Sic annuo abſumpto ſacrificio: quieſcit belua. demonum (haud dubio)

Arte ꝑcurāte: que preſtigijs ꝛ vanis maginū illuſiōibus vagas hominū mētes af
ficit horum potiſſime qui de fide catholica minus recte ſenciūt: nec chriſto firmiori
ſpe innituntur. Cum vana hec religio: ab antiochenis nō paucos ſeruaretur ānos
diuina clementia: ſuperſtitionem inſigni diluit miraculo. ingruente quidem piacu-
li offerendi die: vt natam (fide imbutam catholica) quam orthodoxus pater vnice
diligit. nam ſola ei ſuperſtes eſt: draconi offerre ſors contigit. Genitor enī ſorte at-
tonitus pallens ac tremebundus ſtupido voluit animo: quo nam pacto filiā atro
ci morte liberet. humanoque deſtitutus auxilio: ad diuinum cōfugit. meritiſque
ꝛ ſancti prophete interceſſione (cuius manum ſummo feruore veneratur) diſcri-
men vitare ſperat. Edem ſanctam quantotius reuiſit vbi ſacram manum pro mo-
re veneratus carnis contracte pollicis porciunculam (cuius nunc veſtigium appa
ret) interoſculandum dente reſcindit. quam ore continet: eccleſiaque diſcedens
ad priuatos redit lares. Natam vero ad ſacrificium paratam et ſorte deuotam di
catamque manu apprehendens: ad beluam (inſpectante populo) ducit: Quamuis
genitor ſpe diuine pietatis ꝛ Joānis baptiſte interceſſione munitus eſſet: lacrimas
tamen continere non poteſt terroreque percellitur. nataque tremebunda quam ſuaui
oribus ſolatur dictis: dirum nanque mortis genus (nec mirum) horrebat. Omne
quoque ſpectaculum: de genitore ꝛ nata actum eſſe arbitratur. Ubi ad locum deſti
natum ventum eſt: draco ex more prodiens ingenti hyatu ſacrificium excipere ſa-
tagit. Genitor quidem celeſti virtute munitus: haud trepidus imminente periculo
pollicis porciunculam quam tenebat: in draconis hyātis fauces inierit. qua īmiſſa
repente ſuffocata belua ſternitur. Spectaculo gaudente aſtantium qui incolumes
amplexi ſunt ꝛ congratulabundi. miraculoque applaudentes: hymnum quoque ſan-
cto precurſori iubilātes. ac ex eo quod contigerat ampliorem extruūnt edē: in qua
Sacra Manus collocata veneretur. Urbs quidem Antiochena: Peſtifera ſa-
nie hoc modo fertur liberata. Alterum miraculum huic annectendum cenſuerim:
quod haud incelebre diiudicari poteſt. Mos erat ea tempeſtate catholicis antioch
iam incolentibus: celebritate ſancte crucis (que quotennis. xvij. kl. octobris ſolen
nis habetur) proceſſionali pōpa in propatulū prodire. Aderatque patriarha crucē
ꝛ ſacram manum geſtans: quam cū (populo orante ac ſpectante) ſubleuaret. Si
fertilis futurus erat annus: ſacros digitos manus extendebat. Si ſterilis: inflecte
bat. idque multos ānos celebre habetur: incole quoque vrbis preſagio cauti pro cur
tus qualitate ſibi conſulunt Nec mirum ſi manus que chriſtum rerum creatorem
verum deum ꝛ hominem indixit baptiſauit atque tetigit: tā mira efficit atque ope-
retur. His profecto diuis ſacre manus facinoribꝰ: deuotio coaluit. animoſque prin
cipum allicit: vt ea potiri ſtudeant. Imperabat per id tempus Biſancijs Con-
ſtantinus: alter ab illo vrbis conſtantinopolis cōditore cum Romano fratre. fide
quidem catholica imbutus ac deuotus: ꝛ ſancti prophete orationi deditus. Ardet
quippe catholicus princeps manus aſſiſtentia: cupitque admodum ea frui ſi liceret.
At antiocheni conſpectis miraculis: accuracius ſacram ſeruant manum. Cumque
hic eſſet rerum ſtatus: dyaconus quidam eccleſie antiochene. cui Job nomen indi
tum erat: diuino ſpiritu monitus. manum clam ſurripiens: incolarumque ſpurciciam
fugiens. chriſtianiſſimum principem adijt Conſtantinopolimque. Nonis ianua
rij intrans. Sanctam dexteram: principi offert. Imperator autē ſacro pignore re
cognito: humo proſtratus flens eiulans atque orans. manū excipit: oſculatur ꝛ ve
neratur. verbaque prologuitur: in hunc ſenſum. Aduenisti tandem ſacrum munus
ſatis diuque a me concupitum: meis quidem meritis impar. Tu quidem Joannes

Baptiſta: prophetarum propheta ⁊ chriſti precurſor·non ſinis amplius ſacrā tuaqꝫ dextram: inter populi feditatem verſari·verum imperio vrbem redimitā: tua ſancta manu inſignire dignatus es·eamquoqꝫ cenobio tuo nomini dicato: quieſcere iubes·hec fatus: ſacrā manum in regie penetralibus cōdit·⁊ demū in monaſterio ſancti Joannis de petra: tāꝙ peculiari monumento ſancta dextra reponitur vbi trāſlatio: quotānis celebratur·

Qualiter ſacra manus: ad mahumetem thurcorum regem Conſtantinopolis expugnatorem peruenit·

Mahumetes thurcorum rex: qui nuper evita exceſſit·cum imperialem biſancij vrbem validiſſimo obſideret exercitu: ſpe quoqꝫ victorie potiretur·Non ignorans quanto ornatu quanta gaza ꝙ inſigni ve ſupellectili: ciuitatis imperiales edes ac cenobia eſſent referta·Publico edixit preconio: vt regia ſupellex omniſquoqꝫ ſacrarum edium ornatus monimentaqꝫ·illeſa ſeruentur: nec ea commilitones diriperent·Diuina itaqꝫ permitente iuſticia: tyrannus rerum potitur vrbſquoqꝫ ſue efficitur ditionis·Afferuntur victori regie gaze ſanctarumqꝫ ediū ornatus ac gēme ⁊ ſanctorum (quos chriſtianus cultus honorat) reliquie·beatumqꝫ ſeſe profitetur ſiue thurcus ſiue chriſticola captiuus·qui dignū aliquid: detegere prodere offerreqꝫ poteſt·In eo autē cenobio de quo ſupra meminimus reperta eſt (que ad thurcum peruenit) manus dextra precurſoris·etiam paſſionis domini noſtri iheſu xp̄i monimenta: ſpongia calamus ac lancee ferrum·illic locata erant: que thurcus ſibi vendicat·eiuſquidem ferri acies: lima ſecata·ab Biſanciorum imperatore Conſtātino ſexto Carolo magno francorum regi de ſe benemerito: qui Biſancios tyrannide liberauit ⁊ corona ſpinea qua chriſtus afficitur: que tunc in Caroli manu cā excipiēns (prout tradunt hiſtorie floruit: oratorioqꝫ ſacri pariſiorum palacij veneratur noſtraqꝫ etate colitur) dono data eſt·In cenobioquoqꝫ ſancti Dyoniſii ariopagite: qui gallos ad fidem conuertit catholicā·quod ſancti Benedicti monachi incolunt: pariſiorum vrbe ad vi lapidem diſtante·cuſpis ipſa: hac tempeſtate colēda conſpicitur·Tyrannusquidem victor ſuperbus reliquijs potitus ſacris·ꝙuis mahumeteus ſeu queſtus gratia ſeu fortuna: ſeu (vt verius coniectari libet) diuina diſponente prouidentia·Sacram dextram paſſioniſqꝫ monimenta: ⁊ cōplura diuis generis ornamentorū·ſcrinijs cōcludit obſignatqꝫ: regiaſqꝫ inter gazas aſſeruari iubet·Non pauci quidem ex chriſticolis: ſacrarum cupidi rerum·ea ſibi vendicare: ſeu precio ſeu dono nituntur·At vafro tyrannus ingenio: in largiundis tepidior redditur grandioriqꝫ ere res eſtimat ſacras·Spe ductus: hoc queſtu plurimorum animos ſeſe allecturum·Thurcorum autem rex rerum ſucceſſu inflatus tumiduſqꝫ: ditionis fines ampliat·vicinoſqꝫ infeſtat: ⁊ quoſdam ceruicem annuo ſubmittere vectigali compellit·fuere certe qui pacta pecunia ſacram dextram paſſioniſqꝫ monimenta adipiſci ſtudent: foeduſqꝫ cum thurcorum tyranno percutere cōtemnūt·niſi ſancta elargiatur pignora·quo ignominioſum pactum ſacrarum reliquiarum pretextu boneſtent·Tyrānus enim durior ac inflexibilis: de ſanctis rebꝰ paciſci faſtidit·Sic diuina diſponēte ſapientia: recluſa diligentius ſeruātur·Augetqꝫ aſſeruationis deſiderium imperialis mulier: graiorum ſanguine nata·que thurcorum preda: regis libidini inter pellices paruit·Nec a chriſti cultu non defecerat: cui grayus clerus fidem ſeruās adheſerat·De pacto autem non inſcia poſtulat et flagitat inſtat: vt ſacre Biſanciorum reliquie ad occiduos nō trāſeāt·Si vendica

ſint:precium pactioni id ſeſe offert exoluturam. qua re ſuaſus tyrannus: ſacra ſer-
uat. Cumq; anos circiter. viij. ⁊. xx. biſantij imperaſſet: Rhodios expugnare de-
ſtinat. Quibus atrociter oppugnatis: cum victus repulſus ignominiaq; affectus
celebri Rhodiorum victoria redderetur. eos aggredi iterato cupiens: Rhodũ exe
crans inſperato ſuffocatur morbo. fama eſt haud inconſtans: tyrãno contra Rho
dum procedenti. inſtanti arbore inter ramos iuuenem ſpecie humana anguſtiorẽ
alba veſte indutum flammeumq; gladium manu geſtantem apparuiſſe. Acerrima
q; facie iracũdis tumidiſq; buccis tyranno minitaſſe: ac vigilãti audiẽtiq; dixiſſe.
Virorum ſceleſtiſſime: hoc te confodiam gladio. Quo conſpecto auditoq;: tyran-
nus adeo expauit. vt illuſione mentis propter intenſum terrorem attonitus perter
ritusq;: fedam repente euomuerit animam. Piũquidem eſt opinari angelũ dei
affuiſſe: qui crudeliſſimum tyrannũ occidit. Quo vita functo: bagyazit maior na
tu (Zyzymy deuicto regnoq; expulſo) rerum potitur. Omniſq; regia ſupellex:
gaza ⁊ ſacra pignora ad Bagyazit tyranni natum perueniunt. Sub idem temp⁹
Zyzymy ad Rhodios confugit. vbi ſolẽni pompa excipitur: ⁊ in gallias proficiſci
tur. ex quo inſigne illud foedus Rhodiorum percutitur: ⁊ annue penſionis pactio
ſequitur. vt Zyzymy aſſeruetur: quẽ inaudito timore Bagyazit formidat. prout
cõmentarijs editis: ea ſeriofius explanata ſunt. Sat quidem fuit rerum capita teti
giſſe: vt lector cauſas intelligat. quibus ſit impulſus Bagyazit: vt ſacram manum
Rhodiorum magiſtro elargiretur.

Bagyazit Thurcorum Rex: ſanctam precur-
ſoris manum Rhodiorum magiſtro Largitur

Dum hic eſſet rerum ſtatus: inſigniq; foedere Rhodij potirentur. atq; thurcorum
rex fraternas formidans inſidias: magno Rhodiorum magiſtro obtemperare ſtu
deret. munuſculis quoq; ipſius animũ demulcere cuperet: vbi fratris impetus co
hibeat. Quorundam apoſtatarum ſuaſu (qui tyranni archanorum participes: ho
ſpitalariorum originem ⁊ mores callent) impellitur: vt ſi rem gratam magiſtro ef
ficere cupiat. Precurſoris manum: quem patronum inuocãt Rhodij dono mittat
Inductuſquoq; eſt vt id efficeret magiſtri poſtulatione: qui ſacratiſſime paſſionis
monimenta appetit. Ne itaq; magiſter voto fruſtretur: decreuit tyrannus ſacrã
manum elargiri de ceteris ad tempus ſilens. vt principis animum cupidum ſuſpẽ
ſumq; redderet: ſicut fratris aſſeruatione tyrannus affici videbatur. delecto igitur
ad ſacrum munus deferendum: clariſſimo oratore regie aule precellenti viro arch
anorum non ignaro. ei ſacram manum magiſtro deferendã credit: ⁊ ad magiſtrũ
epiſtolam dedit in hec verba.

Epiſtola Bagyazit ad magiſtrum: de dono ſacre manus.

Bagyazit Aſie Rex Imperatorum imperator: chan ideſt maximorum maximus
Sapientiſſimo ac illuſtriſſimo magno Rhodiorum magiſtro: Petro Daubuſſon
feliciſſimo imperij Patri Colendiſſimo. S. D. P. Quanta ſit noſtre mẽtis in te
beniuolentia integritas ⁊ obſeruantia: ex preteritis haud dubio relucet. Tuquoq;
in nos animi rectitudinẽ prodis: certaſq; reddundis beneficijs. vt victor euadas:
Nec id enim perpeti decreuimus. Fortuna nanq; nobis magis arridet: pluriq; ſu
mus ditiõe imperio atq; gaza fulciri. Nec abnuimus te principẽ ſapientẽ: p̄diuitẽ

et haud ignauum eſſe· Qui clariſſima victoria potitus es:grādiaqꝫ ſoles aggredi
facinora· Nos itaqꝫ tibi gratificari cupientes:nō fuit apud bizancios quod accep
tius fore putaremus· ꝙ eaipſa manu te frui:que chriſtiane gentis meſſie precurſo
ris cuius patrocinium inuocas· Corpori olim eſt iuncta· Ea quippe imperiali vr
be deuicta:genitoris erario eſt addicta· Gratū tibi nō ābigo fore munuſculū: ora
tori deferendū credidi· Excipe eya principum feliciſſime:cui patroni dextrā manū
que ꝙuis digna ſit oblatio :animū tamen elargitoris recolito·qui grandiori pecu
nia relecta:tui amiciciam cenſuit pacto antepoſuit· In quo vera quidem animi in
tegritas deprehendi ſolet:que vtilitate contempta amico morē gerere cupit·vale·

Tyranni Legatus mandata exponit·

Pricipe ſenatuqꝫ Rhodioꝝ corā epiſtola recitata:legatꝰ in hec verba fatur· Pre
cellentiſſime Rhodiorum magiſter:ex literis potentiſſimi imperatoris ac preclari
muneris elargitione·eius in te propenſam voluntatem:⁊ quanti te faciat facile no
ueris· Accipe inclitiſſime magiſter:ſacram precurſoris manū·quem ⁊ mahumetea
lex prophetam non negat:⁊ virum integerrimum non inficiamur· Ac tu tutorem
defenſorem patronumqꝫ tuum imploras:ſtudeaſquoqꝫ bizantiorū principi vices
rependere· Nec te pigeat beneficijs contendere cum eo:qui ⁊ gratus ⁊ prepotens
plurimorum iudicio cenſetur· His dictis:ſanctam manum(Cupreſſea capſula cō
cluſam ſericoqꝫ obuolutam:ac regio ſigillo obſignatam)magiſtro legatus tradit·
Quam deuotius excipiens:oratorem his alloquitur verbis magiſter·

Verba magiſtri ſacrū pignus excipientis :ad Legatum·

Tui principis epiſtola:admodum grata fuit· Nec minus acceptum eſt clariſſimū
(quod offers) munus:in quo certe ⁊ eius in nos ſincerum affectum deprehēdo·
Magnanimi profecto principis eſt :in ſe officia collata officijs rependere · Nouit
quidem tuus imperator:quanti ponderis ſit amicia· Que cunctos mortalium:pro
ſperos reddit ſucceſſus· Nihil quoqꝫ tam illuſtre ſtabileqꝫ cenſetur:quod diſcordia
facile nō intereat· Dum dicendi magiſter finem fecit:legatus ſalute data curia ex
ceſſit· Ac duorum medius ſenatorij ordinis patrū:inſigni comitatus caterua edes
reuertitur· Precurſoris enim ſancta manus:magiſtri iuſſu obſignata·in edium pe
netrali reconditur:donec ad venerationem que conueniant parentur·

Orator thurcorum preſentans manum Sancti Johannis baptiſte.

Contra preclari muneris obtrectatores:apologia·

Nec tamē huiuſce ſancti munuſculi oppugnatores defuere donū ipm deprauātes·
Qꝫ ab mahumeteo ſit emanatum:qui catholice fidei ludibrium affectat·Quo fit:
vt coniectari liceat munus cōmenticium nec veram precurſoris manum eſſe·vir⸗
tus certe inuidie patet iaculis:facileqꝫ veritas aduerſarios reperit·Profecto:non
aduertunt obtrectatores. Quantum thurcorum tyrannus:Rhodiorum magiſtro
ſit obnoxius·Quātumqꝫ ei cupiat obtemperare:aſſeruati fratris terrore· Nec cer
te magiſtrum falleret:quem tantopere obſeruat·cuius interuentu· firmatum tenet
principatum·Nec ignorat tyrannus:ſi dolo verſatur·prudentem magiſtrum id no
ſciturum:fallaciequoqꝫ penas ſeſe haud dubio ſubiturū·maiuſqꝫ cōmētum ipſum:
detrimentum ꝙ voluptatem afferret·Ipſi quoqꝫ aduerſarij ſue opinioni ſuffragā
tur:tripartite hyſtorie ab doctiſſimis viris graye lingue edite·ex greco in latinum
traducte ſermonem:teſtimonijs quibus conſtat·ſacrum precurſoris corpus: Julia
ni apoſtate iuſſu ſepulchro exertum·igne conſumptum:ꝛ cineres vento eſſe expoſi
tos·Quod ꝛ aurea refert hyſtoria quedam:adiciens de quorundam oſſium reſer
uatione·Ex quibus concludunt:vanum cenſeri·hanc precurſoris eſſe manū: que
cum corpore eſt igne conſumpta·Adduntqꝫ eiuſce hiſtorie teſtimonio:ſanctam te⸗
clam pauli apoſtoli diſcipulam indicem digitum precurſoris in gallias trāſtuliſſe
Fama quoqꝫ eſt:indicem ipſum digitū florentie venerari·quod ſancte dextre pror
ſus repugnat:cui index digitus adherere conſpicitur·Sibi etiam aduerſarij blan⸗
diuntur:ꝙ grece hiſtorie tanꝙ apocriſe non ſit aſſentiendum·que pro vero corpo
re ad vlterinum ſubductum:ac verum in alexandriam tranſlatum predicat·a quo
prius dextra manus·per diuum lucam ſit exerta ·Si enim vero non quadrat hi⸗
ſtoria:ſciunt qui affuerunt·ꝛ deus qui cuncta proſpicit aut cui reuelare dignatus
eſt non ignorat:haud incognitum eſt·Ex grecorū fonte egregia cōplura laude di
gna ꝛ vera:ad latinos per diligentes interpretes fluxiſſe:quibus nos gloriamur:ꝛ
noſtra etate eis tam diro aduerſamur odio quorꝫ indagine dogmata recepimus
indolendum quippe ipſorum aduerſe fortune fuerit.ꝛ potius compaciendum:ꝙ ꝓ
caci ore ipſos lacerandum·Que ab aduerſarijs dicūtur:contrarium gignere ſen
ſum videtur qui munus ſanctum ſuggillet·At certe:hiſtoricorum verba (vt opi⸗
nor)non ſatis penſitant·Hiſtoria quippe ſacrum corpus igne conſumptū affirmat
·Nec totum dicit autor·liquido namqꝫ conſtat ſacrum verticem igni non eſſe tradi
tum ſed mundo reſeruatum:haud aliter coniectari pie licet manum dexteram que
chriſtum indixit baptiſauit atqꝫ tetigit:propter eminentem dignitatem diui euan
geliſte opera eſſe ſeruatam·Nec id hiſtorici (quibus oppugnatores innitūtur) ne
gant.aurea etiam hiſtoria in colligendis oſſibus vt igne conſumerentur:catholicoſ
quoſdam ſeſe immiſcuiſſe profitetur qui plura occultarunt oſſa: que alexandriā
tranſtulerunt·quare nec mirum videri debet:ſi ſacra manus ſeruata ſit·Reſponde
ant queſo oppugnatores:cineres huiuſce ſancti corporis·vt hiſtoria teſtatur tripar
tita:vento ſunt ne expoſiti? Quomodo igitur apud ienuam Alexandro tercio ꝛ in
nocentio quarto Ro· ponti·ſupra ccc·vel circiter annos probantibus: illi ipſi cine
res coluntur? Si vento expoſiti:quomodo cinerum athomi in vnum coacte niſi di
uina cooperante potentia·que ſicut ex nihilo aliquid in eſſe producit ita cineres in
vnum cogi iuſſerit·quod tamen:autorum nullum edidiſſe intellexerim ·At forſitā
cum igni ſacrum corpus in cinerem eſt redactum·quidam catholici partē cinerꝫ
corporis:ꝛ mixtorum combuſtibiliū· Athomi nāqꝫ ipſe non facile ſegregātur·atqꝫ

ſecernuntur: vt pie licet opinari collegerunt· que tandē portio ſeruata: ienuā tranſ
lata deuote colitur· Reliqua aūt cinerū portio vento ſit expoſita: ſic vero quadrat
hyſtoria· nec aliquis eſt hiſtoricorum: qui totos cineres vel vento expoſitos vel ie-
nue veneratione affectos affirmet· Sed cineres indefinite dicunt: que propoſitio-
ne cenſeri poterit· Queādmodū hec propoſitio: homo currit· non aſſerit omnē ho-
minē currere: ſed quendā· Seu ſic ſeu aliter hec conueniant neſcio. hoc vnū tñ ſcio
ac profiteor: romanos pont· qui cineri ienue locate priuilegia dederūt nō falli: quī
imo vera inueſtigatione id perſenſiſſe· Nil quippe eſt quod romana ſacroq; ſancta
ignoret eccleſia: que omniū eſt mater ꝛ magiſtra orthodoxorū· ꝛ a cuius determi-
natione: non licet recedere: Quod aūt aduerſarij indicē digitū in gallias diuā te-
clā tranſtuliſſe: ꝛ florentie venerari obiciunt· coniectari poterit: indicē ipm eſſe mi
raculoſuꝫ· ſic de pollice ipſiꝰ ꝓphete aurea meminit hiſtoria: quē tres epiſcopi par
tiri voluerunt· de digito quoq; diui auguſtini apud papiam quid ſimile fertur: hi
ſtoriaq; ipſa famā ſequēs· nō quidē affirmatiua loquutōne vtitur: ferꝰ enī inquit·
Nec enī greci hiſtorici qui latius elegāti ſermone tecle ꝛ vitā ꝛ paſſionē deſcribūt:
de digiti indicis tranſlatione vllā prorſus faciūt mentionē· vnde cōiectari licet: fa
mā veritati non inherere · niſi de tecle noīe equiuocetur: ꝛ altera fuerit ab illa que
diui pauli diſcipula traditur que indicē digitū tranſtulerit· Ad lucidiora: pauloq;
notiora mentē conuertamus· Quo nā pacto: aduerſarij in manus veneratione di
ſcordantiā afferunt· ꝛ tantopere hiſtoriā (nuper in latinū verſam) lacerare conāt̄
ꝙ contraria ſentire videatur· Reſpondeant mihi velim: gallis quoq; (qui ſemper
religioſi habiti ſunt) ſatiſfaciant· vbi nā grauius diſſidiū eſſe poterit: ꝙ illud quod
de ſacro vertice S· J· baptiſte oritur· Ambiani enī belgarū clariſſimi populi: eius
faciem in celeberrima dei genitricis ede· quā terna veneratione die quolibet popu
lus colit· nudā in diſco argenteo: per criſtallinū patā demonſtrant · vigilia quoq;
natalicioꝝ S· J· ac ea celebritate: miracula morbo comitiali affectis edūtur· Per
ſimilis certe facies: Rome nuda veneratur vertici adherens· nā ambianorū altera
media fronte ac ſuperiori labio terminatur· oculis naſo geniſq;: ꝛ inter ſupercilia
cicatrice cuſpidis cultri adacti liquido apparentibus· Romani itaq; ꝛ ambiani: fa
ciem S· J· ſibi vendicāt· dicat mihi oppugnator: quo nā pacto hec concordetur in
tam claris vrbibus veneratio ac diuerſus cultus· Taceo de eius ſacro vertice: qui
apud equitanos colitur· Illuc enī prout tradunt haud incelebres hiſtorie: Pipini
francorū regis etate ex Cōſtantinopoli tranſlata eſt· ꝛ miraculo ſuſcitationis mo-
tuoꝝ cadauerū: ob quod īſigne cenobiū Sancti Joānis dicatur ſacrum caput eſſe
probatum conſtat· Et tamen nec biceps nec bifrons fuit precurſor: quod . monſtro
ſimile eſt ꝛ prorſus nature diſſonum. neſcio an ex his aliquod miraculoſum conſtet
Aut ſi de Joanne baptiſta equiuocatio exiſtat vel pro ſinodo hec intelligi poterint
Ambiani certe equitani atq; Romani veram faciem indubitatumq;. verticē chri
ſti precurſoris colere ſe pie arbitrantur: ꝛ quilibet id ſuum eſſe autumat. Non eſt
quippe in hac manu tanta diſſonancia: ꝛ tamen blatratores equo animo ferre non
poſſunt. Hanc vt veram manum colit: que ſupra quingentos annos in Conſtanti
nopoli ante ſciſma a Nicolao tertio de Urſinis pontifice maximo in Grecos vul-
gatum ꝛ anathema promulgatum. Eoipſoq; ſciſmate durante ac demū vnione ce
lebrata: ꝛ ab Eugenio quarto Ueneto pōtifice maximo promulgata. vſq; ad Bi
ſanciorum expugnationem etate noſtra factam: palam colitur veneratur et hono
rat̄. Sciſmatis enī aut īterdicti vel excōicationis labes: ſanctoꝝ ſacrarūq; quoq; reli
quiarū cultū nō abrogat. aliter enī plurima ſanctiſſima monimēta veneratōe carerēt

Non enim que ſancta ſunt ab impijs ⁊ iniquis coinquinari poſſunt· Tyranni profecto qui chriſtianos ſunt perſequuti ſubquibus tot fidei noſtre martires eluxerũt corpora ſancta coinquinare nõ potuerunt· Nec enim hereſes ſupra·lx·nec ſciſmata tria ⁊·xx· Nec perſequutiões·xij· Nec interdicta pene innumera: ſacras reliquias maculatas: venerationeqꝫ indignas fecere· Quo nã pacto igitur: biſanticorũ ipſe ſitus vel ſciſma promulgatum· vel mahumetei tyranni furor: hanc ſacram manum nõ venerandam reddiderit? faceſſat inuidia: que per ſepe ſancta iuſta ⁊ r cta depravare non formidat· nonnullorum quidem arbitratu precurſoris facies nude diuerſis locis viſuntur: quod rerum natura nõ patitur· Sinant eya obtrectatores vnam manum dexteram: conſtanti fama fidedignis teſtimonijs ac hyſtorijs probatam· nec denuo repertam: ſed in oriente celebratam ⁊ multos annos vulgatam: venerari coli atqꝫ honorari· Sacroſqꝫ canones imitati dicamꝰ: omnia probate qđ bonum eſt tenete· veneramur quippe eam pio cultu deuotaqꝫ mente in S· J· baptiſte iam cum chriſto regnantem relata: qui manu dextera Meſſiam baptiſauit ⁊ indixit· Quod autem dixi de ſacri verticis ⁊ faciei diſſonãcia: ⁊ alijs que ſupra meminimus· Id profecto non egimus: vt ea mente pio cultui pertinacius contradicam· Quod enim ſacro Ro· probat toleratqꝫ eccleſia: improbare non licet ſed ei ceruicem ſubmittere oportet· ego vero pura firmaqꝫ mente cum ea ſencio atqꝫ credo: ⁊ profiteor quod credit catholica ⁊ Romana mater ⁊ magiſtra eccleſia·

Venerationis Sancte dextre pompa·

Concilio (inter patres de venerationis die indicenda) inito: ꝗuis varia daretur ſentẽtia· Tandem optimum viſum eſt·x·kl·iunij (quadriennio tunc reuoluto: quo thurcorum claſſis Rhodum oppugnatura appulit) celebritatem venerationis indicere. vt ſimili die quo tyrannus Rhodios aggreditur: ſacratiſſima manus eius qui ſupra muros acerrima oppugnatione ingruente tutari viſus eſt· Quatuor circumactis annis: primum apud rhodios veneretur· Itaqꝫ ſacri hoſpitalis eccleſie preſul ac prior frater Petrus papefuſt· Gallia aquitana natus· morum grauitate viteqꝫ probitate ornatus· vir quidem modeſto proqꝫ ingenio: prelature ſacris inſulis amictuqꝫ perornatus· Latino grayoqꝫ clero comitatus: equitũ ciuiũ negociatorum ac matronarum frequentia ſubſequente. Ede ſancti Joannis ſeſe mouens umbraculo opertus hymnũqꝫ in precurſoris laudem concinens: ac magiſtri edes introiuit: graduſqꝫ conſcendens· Oratorium (ſancte Katherine dicatum) adiit: illic enim ſuper ara ſancta manus (eburnea capſula chriſtallo ymaginũqꝫ ſculpturis diſtincta) concluſa erat· nec tranſparens chriſtallũ ſacre manus viſibili ſpeciei: quo minus videretur impedimento fuit· prior magiſtrum clara patrum ⁊ equitũ caterua ſuccinctum: deroqꝫ magiſtralis palacij aſtãte ſecundũ aram offendit· Magiſter oratione peracta ⁊ genu flexo: capſulam excipiens· precioſum quidem munus priori humi proſtrato atqꝫ oranti: preſentiaqꝫ tam ſacri pignoris collacrimãti donat· Diſcedenſqꝫ prior ſanctam geſtans manum: deſtinatum peragit iter hinc ceni graui ſimpliciqꝫ inceſſu: clerꝰ (laudes ſonora voce promens) antecedit· haud procul ſequitur princeps· Subinde Baiuliui. priores preceptores commilitõeſqꝫ hoſpitalariorum ſplendida veſte ornati veſtigia modeſte prementes plebeia retro graditur turba· Egreſſa quidem opidi portã ſolennis pompa: inceſſum flectit S· Anthonij portam verſus· vrbemqꝫ intrãs ac caſtelli foſſam luſtrans: ad fori aream tandem peruenit· Supra qua protenſa vela que ſolis arcent calorem: ne ſubſtante

contionem· Luminoſi radii calore afficerent· eo in loco: clerus princeps et ſenato
rii: ordinis patres commilitoneſqꝫ conſident· Suggeſtum vero vbi preconis vox ad
edes commercii editur: preſul ipſe conſcendit thronoqꝫ ſedens populum contionem
qꝫ deſpectans· ſacram manum ſuper aurea puluinaria deponit· vt ex eminenti loco
cetus ſacrum pignus aptius ſuſpiciendo veneretur· Erant quippe domorum facies
ac ſuggeſti parietes: attrebatibus pannis· pictiſqꝫ tapetis· ſignis ac theuromatis:
quam ornatiſſime tecti· Silentio indicto: ordinis ſancti auguſtini perdoctus concionator
verbi quidem diuini preco celeberrimus: veritatis cathedra conſcenſa: orationem
habuit elegantem: triplici quidem genere· demoſtratiuo . iudiciali deliberatiuo· re
fertam· Cum diui precurſoris eximias laudes· excellenteſqꝫ dotes: in celum tollit·
Tum hanc dexteram eſſe precurſoris indubitatum membrum veteribus hiſtoriarum
monimentis· Teſtimoniiſqꝫ fidedignis· ac toto orbe fama vulgata· firmat atteſta-
tur· probat· Tum contionem ad pacem complectendam· Reuerentiam in ſuperiores
colendam· concordiamqꝫ fouendam· ſine qua nulla quippe reſpublica diuturna eſſe
poterit· Hortatur monetqꝫ· Ubi dicendi finem fecit contionator: eccleſie prior aſſur-
gens capſulamqꝫ reſerans: ſacram manum eleuans: nudam preſtantiſſimo cetui oſtendit·
Ac in hunc orat modum·

Prior eccleſie Rhodi: proceſſionaliter ſacram manum deferens:



In diui precurſoris laudem Oratio.

Aue Joannes baptiſta: qui ab angelo prenunciatus. A prophetis genitus: ab ma-
tre ſterili Sanctiſſima. Contra rerum ſeriem conceptus: In vtero ſanctificatus.
Aduentu dei genitricis: ſemeſtris exultans· Aue pcurſor Criſti: cuius natiuitatẽ
multi gaudent genitoriquoqꝫ ſermo redditur. vt nomen Joãnes quod gratia ple-
nus ſonat: tibi indideret. peculiare certo tibi nomen aſcribitur: qui ne quidem leui
culpa ſed peccati originalis dumtaxat tabe macularis. ſanctificatio te purgãs: par-
tũ preceſſit. Aue heremitarũ ductor: qui ab teneris ãnis vaſtas ſolitudines (brutis
cõmitatus) incolis. Uitequoqꝫ auſteritate degens: delicias pompas faſtus atqꝫ
gazas reſpuis· Aue ſaluatoris nunciator: qui humani generis redemptionem iam
iam imminere preſagis Tuoqꝫ baptiſmate: verum prenuncias baptiſma Aue pro-
phetarum propheta: qui verum meſſiam in carne chriſtum redemptorem noſtrum
indice prodis. Aue mentis ⁊ corporis: mira quidẽ integritate virgo. Aue martiriꝫ
exemplar: qui deſiderio ante mortẽ. in morte: herodis precepto cũ decolaris· poſt
mortem: Juliani opoſtate iuſſu oſſium cõbuſtiõe martirij palmã adeptus es· Sed
quid plura? vt compendio multa concludam· Aue precipue defenſor noſter Joan-
nes baptiſta: virginum exemplar· Monachorum ductor: martirum princeps· pro-
phetarũ monarcha: ⁊ ex feminis natorũ (chriſti ſumme veritatis teſtimonio) ma-
ior· Ecce tua ſacratiſſima manus dextra ad nos diuino tranſlata eſt nutu: qua no-
ſtrum ſaluatorem in carne ad te veniẽtẽ prodis dicens· Ecce agnus dei: ecce qui
tollit peccata mundi· qua demum chriſtum in carne ſpiritus ſancti deſcenſu: dei fi-
lium preſignatum baptiſas· iterato dicens: ecce agnus dei· non ꝙ baptiſmo ⁊ pur-
gatione indigeret qui nullo certe crimini erat obnoxius: ſed vt purgatiõis normã
nobis preberet· aquas ſanctificaret: ⁊ ſic vim regeneratiuã daret· hoſqꝫ ablueret·
qui prius ob ſceleſta peccata vilia diaboli erant mancipia· delictorum certe nephã-
da fece fetebãt aque: cetera quoqꝫ elemẽta impuritate quadã tabeſcebãt· totus nã-
qꝫ orbis: idolis ⁊ carni indulgens ſpurcicia repletus erat· Solet quippe ſacratiſſi-
me chriſti precurſor tua dextra: nephandorum contuberniũ ſpernere fugereqꝫ· Cõ-
temnit enim inter hos verſari qui chriſtum ⁊ verum meſſiam colere contempſerũt:
quem in carne indixit baptizauit atqꝫ tetigit· Fugit olim Juliani apoſtate iuſſus:
quo minus igni traderetur· Fugit poſtmodum ſceleſtorum virorum conſortiũ in
Antiochia degentium: ⁊ ad chriſtianiſſimũ tunc Conſtantinopolis principẽ defe-
ri patitur· vbi annos ſupra quingẽtos: colitur veneratur ⁊ predicatur· vrbiſqꝫ im-
perialis direptione vim paciens diuino quidem nutu: a mahumeteo principe ſer-
uatur· Donec dei prouidentia per contingentium caſuũ connexiones flueret etas:
qua rhodum incolerent regerentqꝫ qui ſacre manus claris prerogatiuis inſignite
preſentia ſint digni· Ecce pietate diuina feliciſſimo ac virtuoſiſſimo prĩcipe Petro
Daubuſſon Magiſtro Rhodijs imperante: commilitonibus ⁊ incolis qui preſidiũ
ſancte manus acerrima obſidione ſenſerũt· Rhodi verſantibus eapſa dextra pre-
curſoris miraculis inſignita mahumeteum faſtidiens fugienſqꝫ tyrannũ apud quẽ
annos Triginta exilium paſſa eſt· Rhodios eius veros athletas viſitat: in ſacro-
qꝫ xenodochio quieſcere cupit· quod te Joannem Baptiſtam: tutorem protectorẽ
ac patronum ab origine inuocat predicat ſimul ⁊ laudat· Colite igitur Colite mẽ-
te deuota: feliciſſime princeps preſtantiſſimiqꝫ ſenatorij ordinis patres· fortiſſimi
equites et honeſtiſſimi ciues qui adeſtis: ſacram precurſoris dextram· Lacrimas
quoqꝫ Affectus ⁊ Ueri Zeli Jocunditate refertas: Deo et Precurſori fundite

Beniꝗ flexo humiliter ſupplicãtes: atqꝫ exorantes· vt ſacre manus preſidio: per eiꝰ inſignem precellentem admirandamqꝫ virtutem ab iugo tyrannidis: nos vrbem ac gentem chriſtianam defendat protegat ⁊ tueatur: vt ſuo nomini perpetuo iubilare poſſimus: cum ſacro Ro· eccleſia alacri voce cantantes ſacrum hymnũ· Ut queant laxis reſonare fibris mira geſtorum famuli tuorum· Solue polluti labij reatum Sancte Joannes· Hec dum dixiſſet: contionem deuote proſtratam orantemqꝫ ea ipſa manu ter benedixit· Cunctiſqꝫ alacriter conſurgentibus quo venerant ordine caſtelli portam que meridiem ſpectat intrantes ſacrã S· J· edem petũt· Ubi eburnea capſula dextram continens ſanctam ſuper ara locatur: ac preſul miſſe peragit ſolennia· Quanta vero vocum ac ſonorum dulcedine celebritatequoqꝫ fieri ſolet: delectaret mihi equidẽ crede hominem videre· Solẽnibus peractis: manus oſculanda datur· ita ſoluta pompa: ad priuatos lares cuncti reuertuntur· Congratulãtes deumqꝫ laudantes: qui tam ſacro munere Rhodios inſigniuerit·

Thurcus prepotenti claſſe parata: vt chriſtianam gentẽ aggrediat· Apparatu cepto: rhodiorũ magiſtri hortatu deſiſtit·

Inſignis fuit hic annus: inaudito facinore equidem claro· cuius ſeriẽ: huic ãnectere editioni contemporanee haud iniocundum erit· Thurcorum imperator: potentiſſimo exercitu chriſtianos oppugnare animo deſtinans. Ingentem parat claſſem numeroſumqꝫ exercitũ inſtaurat. Maioqꝫ inſtante anni. M. cccc. lxxxiij. helleſpontum exire properat. Rhodiorum autẽ princeps Petrus Daubuſſon Natiua fuit eius prudentia: eiuſce apparatus nũcio accepto. tãꝗ catholice fidei verus zelator: non ꝙ hoſtis potentiam formidet. Eum nãqꝫ cuius vim in repulſa eſt expertus: ⁊ cum quo foedus firma baſi innixũ habet. qꝗ tyranni germanus in manu eſt: quẽ ſupramodum formidat. Eſt quoqꝫ Rhodia vrbs munitiſſima: haud immerito contempnit· Ad thurcum inſignem mittit oratorem: qui nũciet cepto apparatu in chriſtianos deſiſtat. Sin minus: pactum de aſſeruando germano infractum iri prodat Indignum nãqꝫ videtur: tyrannum quem magiſter quietum fratris cuſtodia reddit. chriſticolas inquietare oppugnare atqꝫ impetere. Rhodiorum autem legatus a[d Thu]rcorum rege: magno cum decore excipitur: In ortum deinde peculiare principis pen[et]rat: cubiculumqꝫ introducitur. vbi ſecluſis arbitris: orator mãdata pru[den]ter aperit· quibus acceptis: rex parumper cõmotus. diu ſiluit: demum ſubridẽs [o]ratori blanditur. quem ne prodat legationis ſummã ⁊ quod reſpondet: iureiurando adigit. Statimqꝫ tyrannus mentem aperit ſuã: atqꝫ. Hortatu magiſtriquoqꝫ intuitu (quẽ vt genitorẽ venerat) apparatu deſiſtere: demũquoqꝫ baſſis adhibitis Miſſach Rhodi oppugnatore Can ⁊ mahimet nuper in magiſtratum aſſumptis: quod de deſerenda claſſe animo deſtinauerat ratum facit. Animiqꝫ firmam ſententiam: epiſtola lingua ⁊ greca ⁊ turchica deſcriptam ad Rhodiorum magiſtrum data prodit. idquoqꝫ: Iureiurando roborat. Nec amplius fuit: quod ab tyranno prĩcipe requiri potuerit.

Rhodiorum Oratoꝛ literas Thurco poꝛrigens.

BIBLIOTECA NACIONAL

Epiſtola thurcorū Tyranni ad magiſtrū: de apparatus deſtitutione.

Bagyazit aſie rex: imperatorū imperator maximorūq; maximus. Feliciſſimo pri
cipi Petro Daubuſſon Rhodiorū magiſtro: patri colēdiſſimo S. P. D. Inſignis
legati quem ad nos miſiſti: prudenter enūciata audiuimus. Summa quidem peti
torū fuit: vt cepta claſſe animū reuocemus. heleſpontū quoq; ne exeat: nec medi-
terraneum mare infeſtet apparatus petit. ardui certe ponderis: nec floccipendenda
ſunt hec. Quippe apparatus ipſe graui impenſa eſt inſtructus: que te prudentē prin
cipem non latet. Ceptoq; deſiſtere: nō ſine fame nota fieri poterit. Imperijq; am
plitudini repugnant poſtulata: cum victorie potiunde cauſa claſſis in hoſtem ſit in-
ſtructa. At tuo impulſus hortatu ratione omni exploſa: mentē a claſſe reuocamus
Apparatum quoq; belli: intra heleſponti fauces continere pollicemur nec mare in
feſtabimus mediterraneū: eiuſq; ditiones in paccato tenebimus. Idq; libentius
efficimus: vt in me ſis animo propenſior. Cum tuo monitu perficere tam grandia
non recuſarim. vale: Idibus aprilis in conſtantinopoli.

Sixto quarto pon. max. hec nūciantur.

Recitata epiſtola legatiq; verbis ad hec adhibitis. attentius acceptis eques hie-
roſolimitanus: ſceleri vectus naui ex apulie oris Rhodum appulit. qui generalis
in Ro. cu. procuratoris nomine ſignificat Romanū pontificem Sixtum quartum
⁊ ſicilie regem ferdinandum ſumopere affectare vt magiſter mētem adhibeat: qua
tenus eius interuentu. Thurcorū rex hac conquieſcat tempeſtate: apparatumq; re
uocet. Ne gens itala diſſidio affecta: foedus preſertī preſtātiſſimū ī venetos pont.
cōtumaces (qui thurco adheſerant) initum. in oppugnationis procinctu hoſtium
oppugnetur ac infeſtetur: ⁊ a thurcis (venetorū ſuaſu) impetatur. veneti nāq; has
minas: in ſui fauorem aduerſo foederi attulerant. Nūcius aūt: vt magiſtri ſolertia
rem expetitā confectā reperit ac ſumma afficitur leticia. monetq;: vt ad Ro. pont.
⁊ ſacro ſenatum cardinalium referantur. qui hec quidē: gratiſſima eſſent accepturi
Editis itaq; epiſtolis: expeditoq; nūcio. creditis que ſunt in foederis factionē per
acta: pont. max. Ac regi nota ſiunt. Sub id tempus (nā totus feruebat occidēs)
thurcēſis apparatꝰ fama: caſtelle rex ꝓpter trinacriā (que ſue ē ditionis) eiuſq; cō
ſobrinus ferdinandus qui neapolitanis imperat. ac ipſius gener pannonū rex: cla
riſſimi ⁊ potentiſſimi principes qui ditione thurco ſunt vicini. litteris ad magiſtrū
datis: ac nūcijs petunt. vt magiſtri tractatu foedus cum thurco ineant: ad ditionū
tutamen. Affectātq; (ſi phas eſt) regē Zyzymy: ſibi certo dedi pacto. cuius aſſer
uatione: tyrānus perterritus quieſcat. Prudētiſſimus quidem princeps ac magi-
ſter altiora voluēs animo: in manu Zyzymy tenere decernit. omniq; conatu: prin
cipū quieti fauere deſtinat. ⁊ thurcū ab eorū ditiōibꝰ arcere ꝓponit qđ ⁊ nuꝑ effecit

Autor (clara extollens geſta) monet ne ingrati ſimus.

Piiſſime deus: quā ingrati erimꝰ ſi (que ꝑ Rodijs īdies prodis) aure ſurda repel
lamus nec que ſuſcipimus beneficia (a te manātia) recognoſcimus. quis vlla vn
quā etate vidit audiuit atq; legit mirādū hoc: inauditumq; facinus. Gens profecto
mahumeteorum clariſſima potentiſſima ditiſſima othumannidumq; execrāda fa
milia: toti orbi formidoloſa. Solo magiſtri hortatu ſuaſu atq; īpulſu: ab chriſtianis

oppugnandis mentem reuocat. Gloꝛie famã faſtidit: grauioꝛibuſqꝫ nec parcit im-
penſis que in claſſis apparatu effuſe fuerunt. Paret quidem puſillo principatui po
tentiſſimus imperatoꝛ: eiuſqꝫ monitu acquieſcit. qui cultu diſpar ⁊ fortune bonis
impar: licet fide ac virtute preſtantioꝛ cenſetur. Othumannides certe (ceteros cõ
temnens cruce ſignatos) Rhodioꝝ principi: non ſecus ac parenti obaudiens eſt
Ro. qꝫ pont. ac potentiſſimi reges: magiſtri interceſſionem ad ſuã nõ reſpuit qui
etem aſſequendam. res quippe clara: ⁊ memoꝛatu digna. Solet enim diuina maie
ſtas in puſillis ſepius grãdia operari: vt eius potentia liquido eniteſcat. cũ que ge
ſta fuerint: non humane ſed diuine aſcribũtur potentie. huiuſce rei plurima ſunt ex
empla: que ſapientes ſatiſſuperqꝫ intelligũt. que ſi repetere aggrederemur: prolixi
oꝛes quidem erimus ⁊ mineruam docere videremur. Itaqꝫ exclamare libet. O di
uina ſapientia. O diuina prouidentia: O diuina clementia. hoc etiam clariſſimo fa
cinoꝛe demonſtras ꝙ facile ſit: othumannidum principatum regnum imperiũ ſta-
tum atqꝫ familiam delere opprimere ac funditus euertere. Sicut diffuſius ceteris
cõmentariolis explanatum: a nobiſqꝫ eſt oſtenſum. Sapiens lectoꝛ: ex paucis plu
ra. ex obtuſis acutioꝛa: ex inconcinnis ſuauioꝛa concipiat excogitet ſimul ⁊ edat. Ca
ueantqꝫ Rhodi ne ingrati deo ſint: quos aſſiduis beneficijs proſequitur. Que pro
fecto: nec mens comprehendere. nec lingua promere. nec calamus deſcribere pote
rit. Quo fit vt rerum magnitudine tabeſcens mutus quieſcam. Cum ſanctiſſimo
Jeronimo concludens: grandes materias ingenia parua nõ ſufferunt. Quare ad
rerum geſtarum immenſitatem: noſtri quidem obtuſitas ingenij non pertingit.

Oratio Rhodiorum vicecancellarij: ad Summum pontificem.

Guillelmi caorſin Rhodiorum Vicecancellarij
Oratoris: pcellentiſſimi Magiſtri Rhodi: ad ſum
mū pontificē Innocenciū papam octauū oratio.

Chriſtiana ſanxit religio Pater beatiſſime: vt qui ca-
tholico caractere eſt inſignitus: Romanum pontificez
(vniuerſalis eccleſie paſtorē) profiteatur. Illud quip
pe a natura datum eſt: vt qui exiſtentiam tutari velit
vnitatem amplecti maxime ſtudeat. Rerum profecto
vniuerſitas: entis vnitatem appetit. Grues enim vola
tu ſuo: vnum ſequuntur ducem. Apes dum mellificant
ſibi ductorem preponunt. Formice cum prouidēt: pre
euntis veſtigium ſolicite ſeruāt. Exercitus milites: im
peratorem colunt vnū. Genera que generaliſſima vo
citantur: in entitatem firmiter. Recte ſapiens ille: phi
loſophorum princeps Ariſtoteles ait. principatuum pluralitas mala: vnus ſit prin
ceps. A quo: poteſtas norma et diſciplina fluit manatqz ac deriuatur omnis. Quo
effectum eſſe non dubitarim: gentiles olim romanos (poſt expertū R. P. imperi
um) monarcham colere ſtatuiſſe. in eccleſiaſtice monarchie: preſagium quoddam.
Optima itaqz ratione ſuaſi: orbis reges potentatus ac mortales vniuerſi catholi-
ca fide imbuti. Rhomanū pontificē: principū principē et monarcham colunt. a quo
qui diſceſſerit: ab eccleſie quidē vnitate fiet abdicatus. et tāqz ſciſmaticus intereat:
neceſſe eſt. pijſſimis horū veſtigijs inherens Rhodiorū precellentiſſim9 magr̄ pe-
trus Daubuſſon: catholice fidei cultor deuotiſſimus. Te Innocētium hui9 nomi-
nis papā octauum verū vnicū ac indubitatū dn̄i noſtri ihesu xp̄i vicarium: et beati
petri apoſtolorū principis ſucceſſorē. eccleſie catholice paſtorē: ac Romanū ponti
ficem profitetur colit atqz obſeruat. Tibiqz tanqz vero chriſti vicario puram obedi
entiam: et illibatam filiationem (poſt pedū oſcula beatorum genu flexo) reuerēter
exhibet. Ille ipſe quidem generoſiſſimus Rhodiorū magiſter: vbi te ad ſummi pō
tificatus apicem euectū intellexit incredibili affectus eſt leticia. Rhodijqz milites
ciues incole eo accepto nūcio congaudent: tibi quoqz qꝫ tante dignitatis faſtigium
adeptus es congratulantur. cōgratulationis enim gratia tota vrbe lignorum con
gerie paſſim incenſa: plauſu quidem alacriori acclamauere omnes. viuat viuat vi-
uat ineternū: innocentius octauus pontifex maximus. nec ab re: in tua certe diua
perſona virtutes locatas intelligunt ampliſſimas. In agendorū cōſultatione: pru
dentiam. in audiundis querelis: humanitatem: in ſubleuandis egenis: munificenci
am. in diſcidentium conciliandis animis: peculiarem gratiam. in dei cultu: rectam
fidem. in aduerſis perferendis: fortitudinem. in actis humanis: temperantiā. in di-
ſcolis perſequendis: ſeueritatem. Deniqz in omni opere iuſtitiā: qua facile ceteros
vincis. Sperant Rhodij ſanctiſſime pater: ſub tuo felici pontificatu thurcorum ty
rannidem extinctum iri. Tibi nanqz ſacratiſſimo pontifici Innocētio pijſſimo: no
mine quidem et re puriſſimo huius victorie palma debetur. Quippe qui pace fruc-
tis florida: qui voluntate integerrima. qui potentia ſublimiori: qui ſapiētia eminē-
tiori poles. rerum quidem gerendarū vera eſt in te materia: et ſine quibus effectus
ſequitur nullus. Te quoqz ſuum precipuū protectorem: non immerito autumant
Rhodij. Sit igitur fauſtus tuus pōtificatus ac felix monarchia. Sub qua Rhodio
rum crux hoſtes proterat. Crux hieroſolimorū militū pontifex maxime ſignum eſt

illibatum:quod quidem octagonum ingeſtantis pectore conſpicitur· Cuius octo
anguli obliqui acutiores vnionibus perlucidis ornati ſunt:qui euangelicas octo
beatitudines figurant· In octagono quoqȝ tetragonum locatum eſt:cuius quatu
or anguli obliqui obtuſiores gemmis precioſis ſunt redimiti:que cardinales virtu
tes denotant· Angulorum quidem obliquitas:crucis medio puncto ducentibus li
neis coherens rectificatur· vbi pia mente:crucifixus deſcriptus imaginarie videt̄·
cuius tres claui lapillis candidiſſimis ſunt inſigniti:qui theologicas virtutes deſig
nant· In ipſarum autem beatitudinum ac virtutum preclaris actis:Rhodij mili-
tes ſeſe ab ordinis primeua inſtitutione feliciter exercent· Victricia ſunt hec ponti
fex ſapientiſſime crucis inſignia:ſub quibus milites ipſi thurcorum tyrannū (rege
mitridate:potētiorem· rege creſo:ditiorem· Nerone: crudeliorē) propulſarūt ·pug
nauit non paucos annos victorioſum hoc crucis ſignum:cum tyranno crudeliſſi-
mo· At bellum poſt Conſtantinopolis expugnationē geſtum:longe crudelius·lon
ge periculoſius:longe quidem atrocius compertum eſt· Ad colorum verentiā: ipo
cratis medicine principis incunabula· vrbem quidem:preclarum cum thurcis feli
citer certatū· Ad antimachiā eiuſdem inſule opidum:thurcenſi obſidione vallatū
coij victores euaſere nominiſqȝ inditi proprietatē locus auxit:cōtra pugnās recte
interpretari poteris· ſub idem vero tempus:thurci ſimis caſtellum oppugnauere.
Oppidani quoqȝ nerei fortiſſimi quidem cōciuis:ad troiā (ſi Homero credimus)
pugnantis. virtutem imitati:hoſtis immanitatem perfregere. poſteriori autem tē
pore claſſis inimica velorū centum Tili inſulam aggreditur:que fortiter defendit̄
Sepe quoqȝ rhodie triremes thurcorum roſtratas Naues ꝛ claſſem inuaſere ac:
eas fortiter preſſere atqȝ tandem vicere. Nec preterire libet atrociſſimā illā oppug
nationem qua Carrarum ſoldanus rhodios iam dudum affecit:vbi Egipcij victi
(cū ignominia ꝛ iactura) ꝓprias reuiſunt ſedes· Nuper autē ꝙ̄ atrox fuerit Rho
diorum thurcenſis obſidio:haud ignotum eſt. in qua magiſter athleta fortiſſimus:
verus machabeorum imitator. inter confertiſſimos hoſtes dimicans: quinqȝ exce
pit vulnera· ſuiqȝ cōmilitones:ſanguinis aſperſione maduerunt. Huius quidē per
celebris victorie fama totum peragrauit orbem:quam nulla obliterabit vetuſtas
eius profecto repulſe ignominia affectus:mahumetes thurcorum pīceps Rhodi
os ter execrans damnatā euomit animā· cuius internitione reſpirauit europa:no
menqȝ latinum· Auctore quidē deo omnia prouidente:felicis recordatiōis Sixto
quarto pontifice maximo ſuffragante. colendiſſimo patrum ſenatu opitulante ſtre
nuiſſimo Rhodiorum magiſtro dirigente. equites Rhodij pro fide catholica ꝛ ſa-
cro Romana eccleſia militātes:ea ſunt feliciter ꝑpetrata. Quid felicꝰ: ꝙ̄ pro chri-
ſto ſanguinem fundere? Quid fortius ꝙ̄ hoſtē potentiſſimū vincere? pactoqȝ adi
gere? Quid preclarius ꝙ̄ tyrannum formidoloſum conatibus arcere? Nec minus
ſplendidum pater ſancte ſubſecutum eſt:monitu certe prudentiſſimi Rhodiorū ma
giſtri Petri Daubuſſon. thurcorum princeps Bagyazit (qui nunc imperat) claſ
ſem in latium paratam eſtate proxime decurſa:intra Heleſponti fauces continuit.
pridēqȝ aſtu:prudentiſſimo cū hoſte federe percuſſo. Achmat Baſſā (ydrontis ex
pugnatorem) latio infenſiſſimum repentina nex rapuit. cuius morte: haud pauco-
rum vita cenſetur· O diuina ſapientia: O diuina clementia. O diuina pietas: non
deſinis in dies prodire modos quibus othumannidum extingatur familia. Crux
eſt hec felix ſanctiſſime pater:cuius ſtigmate milites inſigniti ad hanc diem inuicti
permanſere. nec agrum nec vicum nec opidum nec vrbem perdidere:nec tyranni
tributo (ſacroſancte ſedis apoſtolice adiuti preſidijs) iugum ſubmiſere. pro quibꝰ

gratias ingẽtes habemꝰ ac reſferremus:ſi facultas ſuppeditarit. Stat iſignis vrbs Rhodia:olim Romanis amica:ab antiquis miris celebrata preconijs:etate quidẽ noſtra facinoribus illuſtrata clariſſima ac ſedis apoſtolice deuotiſſima· permãſurã qꝫ in euum:tuo quidem felici pontificatu auctore ſperamus·Studebis (non ambigimus) ſacratiſſime preſul thurcorum nephandam gentem peſſundare:nec paruipendes Rhodiam vrbem tutari·que auitos cineres reconditos poſſidet:Genitoriqꝫ ortum dedit·Dignabitur quoqꝫ tua ſanctitas ſplendidiſſimum Rhodiorũ magiſtrum Petrum Daubuſſon:virtutibus ⁊ claris geſtis inſignitum cõdigno fauore ⁊ gratia proſequi·propenſiorqꝫ erit tua ſanctitas in eũ ordinem :qui fortia thurcis obicit pectora·In quorum perniciẽ animũ corpus fortunas (licet pertenues) tue pollicentur ſanctitati vouent atqꝫ dedicant·Que vt potens conficere ſit:deuꝫ ſuppliciter exoramus vires adaugeat·quibus hoſtis atrociſſimꝰ ſuccumbat:⁊ per diuturna tempora tuam beatitudinem ſeruet incolumem·

Dixi.

Habita coram Pontifice ac ſacro Car.ſenatu prelatorum:⁊ curialium frequẽtia adſtante.v.kl.Februarij.M.cccc.lxxxv·a natiuitate.

Zyzymus per priorem aruernie: ſummo pontifici preſentatur.

Guillelmi Caorſin Rhodiorum vicecācellarij: de traductione Zy
zymy Suldani fratris magni Thurci ad vrbem. Commentarium.

Memoratu certe digna literario ordini merito ſunt cō
mēdanda: ꝙ quidem priſci illi hiſtorici factitarūt. qui
mortalium ingenia exactorū recordatione oblectaue
re. noſtriſqꝫ famam peperere. licet enim non ea pollea
eloquencia vt egregium facinus aggredi ſtuduerim:
attamē ratio ſuadet poſtqꝫ Zyzymy ſucceſſus deſcri
pſimus eius ad vrbem (orbis caput ⁊ monarchiam)
profectionem compendio redigam. vbi autem magi
ſtri ⁊ Rhodiorum procerūqꝫ oratores: philippus de cli
yſbaliuus moree ⁊ Guillelmus Caorſin vicecancel
larius ad hoc deſtinati. mandatis inherentes de prin
cipe Zyzymy ad vrbem traducendo cum innocentio papa octauo conuenere: frā
corum quoqꝫ rege aſſentiente. modo Zyzymy ad peregrinam nō trāſeat ditionē
eiqꝫ expoſitum. nec ſine eius ſcitu de homine diſponatur ad penam decem Milia.
librarum auri: cui ſit Ro. eccleſia obnoxia. quequidem pōtifici et ſacro ſenatui pla
cuere: ſcriptoqꝫ redacta ſunt. Decretum eſt: vt Zyzymy gallijs mouens. qui arce
preceptorie burgi noui camere magiſtralis per guidonem de blanchafort aruernorū
priorem: magiſtri quidem nepotem aſſeruabatur terreſtre iter ageret: ⁊ onerariam
Rhodiorum nauim conſcendens. gallicum tirrenumqꝫ mare nauigans: pontificie
ditionis vrbem veterem veheretur. infeſta eqꝫ dē nauigatio fuit: nimboſis procellis
flatuqꝫ ventorū aduerſo nauim propellentē vt vix incolumis euaſerit. cū enim eo
appuliſſet inclito comitatu ſuccinctus: deſcendens ſummi pontificis mādata aperi
tur vrbiſquoqꝫ arcē leonardus cibo pontificia gente natus: Romam pontificis iuſ
ſu quo Zyzymy aſſeruetur donec Romā adeat. Guidōi priori pridie nonas mar
cias octauo octoginta ſupra milleſimū ⁊ quadrigēteſimū: āno incarnationis verbi
diuini tradit. dū hec aguntur: pontifex maximus (policita nō reſcindens) in ſena
torij ordinis ⁊ cardinalium numerū. vij. marcias retulit. inſignes prelatos: archie
piſcopū burdegalenſem francorū regis conſiliarium natione gallū. archiepiſcopū
beneuētanū: genuenſem datarū genaliorū familia ortū. referendariū epiſcopū ale
rienſem italum: preſpiteros cardinales petrūqꝫ daubuſſon Rhodi magiſtrū lemo
nicēn. S. adriani cardinalē. eo etiā ipſo die declaratus eſt ſed non publicatus cardi
nalis diaconus: natus laurencij medicis florentini familia. hac quidem lege pacta
ꝓpter etatē: nam quartū decimū agebat annū galero puniceo ⁊ cardinalatus inſi
gnijs trienino non vteretur. vacaretqꝫ ediſcendis cherimonijs: ⁊ diuinis offici
exactis quibus tribus annis florentia diſcedens: pauloante genitoris exceſſuꝫ ſplē
dida pompa vrbē introiuit pontificē quoqꝫ de more veneratus eſt: patris autē obi
tu nūciato legatus de latere declaratus. florenciā vrbē inclitā remiſit. ad archiepi
ſcopū vero burdegalēn ⁊ magiſtrū Rhodi curiā extra degētes rubei galdri per pō
tificios nūcios deſtinati ſunt. qꝺ cardinalatas inſigne petrus daubuſſon: in ede
diui Johannis Rhodi apoſtolorū petri ⁊ pauli celebritatis pridie. kl. iulias grādi
pompa iuramēto ſolito adactus excepit. habite quidē ſunt orationes: ⁊ legatus de
latere in oriente per pontificem eſt deſignatus. ſed de his amplius nō diſſerimus.
fuere non pauci qui magiſtri euectionē equo non tulere animo: nōnulli tamē hanc
probauere. Guillelm9 quoqꝫ caorſin ob id nō paucorū ſimultates ſibi cōparauit:

Magr abſēs card: cre
& legat9 i oriente

miſſa hec faciamus·nec intremus huiuſce laberinti inexplicabiles quidē nexus: re
deamus ad inceptū Zyzymy progreſſuȝ·Cardinaliū profecto promulgatiōe per
acta: pontificis iuſſu epiſcopus albanenſis cardinalis andeganēſis Jo·balue eq-
tana gallia natus conſencie epiſcopus Nicolaus cibo ex familia buſardorū ad pō
tificis gentē accitus franciſcuſqȝ cibo pontificis natus quē papa (nōdū ſacris initi
atus ſed ſeculo ad huc militans) genuit. Js quippe laurētij medicis natā vxorē
duxit Centū equitibus claris ſimulqȝ ornatis armis Zyzymy obuiā procedunt.
vbi ſeſe conſpexerunt principes: mutuo amplexu ſeſe conſultauere. Deinde iter fa
ciētes: ad duodecimū lapidē. vrbē tertio idus marcias propinquāt· vbi pontificis
iuſſu: obuius eſt dñicus dauria equite pontificio ſuccinctus. qui Zyzymy princi-
pem: ad portam apiam (qua ad diui ſebaſtiani martiris edem itur) perduxit· illic
parum perſiſtenti: ſenator equeſtris ordinis Romanis comitatus ſe offert: grādia
verba eſt pollicitus·poſtmodū archiepiſcopi epiſcopi prothonotarij ⁊ abbates: ex
more galeris decorati aduenere: longaqȝ ſerie pontificis: ⁊ cardinaliū familie ſub-
ſequuntur. que pro gradu ac ordine: mahumeteū principē Zyzymy conſultantes
accedunt. poſtea regis ſicilie venetorū florentinorū ſenēcium legati: qui buccis in
flatis magnifica dedere verba·poſtremo ſequitur innumera mortaliū frequencia:
pompoſus quidē multū introitus ille fuiſſe fertur. cherimoniarū vero magiſter: pro
cedendi ordinē indicit. preiere iuſſi Romani: ⁊ hos ſequūtur cardinaliū familie·ſa-
gittarij armati equites demūqȝ oratores ⁊ Rhodij milites ordinis inſignijs ſplen
didi: ſenator vrbis othumannidē Zyzymy haud aliquo medio preit dextrorſum
inſigni equo guido prior ſplendide ornatus vehitur. Siniſtrorſum autē: dominus
de falcone francorum regis legatus ⁊ franciſcus cibo ſuperbis inſidētes equis gra
diuntur·Zyzymy princeps intrepidus othumannidum ferocitatē preſe ferens: in
ſigni equo (quē pōtifex donauerat) vectus cernitur. Aſſuit ſubſequētis pape fa
milia ⁊ dñicus dauria ſatellitū prefectus hac ſerie: ad equitū fere duodecim milia
progrediuntur·⁊ ad diui petri apoſtolorū principis campum: flore tranſeuntes ac-
cedunt. ſtabat attentū vicis compitis mortaliū genus viri matrone innupteqȝ pu
elle ad feneſtras: ⁊ domorū tecta pompā cōgratulātes cōſpiciūt·Cardinalis vero
andegauēſis: vbi Zyzymy ad paſſuū duo milia vrbē propinquat pompa diſceſſit
⁊ pontificem maximū ex induſtria adijt: aduentum denūciaturus vt vrbē vna in-
troiret: quod cardinalatus dignitati non cōdeceret·princeps Zyzymy vbi apo-
ſtolicū palatium applicuit: ab cardinali per humano exceptus eſt animo. othuman
nidemqȝ principem ad deſtinatas edes perduxit: quas iamdudū incoluit clemēs
papa apud quas: petrus raymundus ſacoſta Rhodiorū magiſter paulo.ij·pōtifice
ſedente generale capitulū celebrauit·His compoſitis: guido prior ⁊ Rhodij mili-
tes pōtificem maximū adeunt·quos benigne excepit: eiuſqȝ iuſſu palatio reſident
Pridie autem idus marcias: ſacer ſenatus frequens habetur·quo regū legati mā
data exponunt: pontifice pro tribunali ſedente aſſiſtentibus cardinalibus archiepi
ſcopis epiſcopis plātis inſignibꝰqȝ viris·acceſſit guido ac dñs de falcone q̄ Zyzy
my fidi comites mahumeteū pricipē inocētio viij·obtulere·Js quippe dextrū pōti
ficis ferunt ſacris veſtibꝰ ornatū ⁊ maxie idignās: quis pmonitꝰ oſculatꝰ p pauca
verba interptis cōmercio habuit·que fuerit: haud mihi ſunt cōperta. cū Zyzymy
ad cardinales uertꝰ: ſingulos veneratꝰ eſt hi quoqȝ offitiū reddidere: nec minꝰ q̄
exhibuit· mahumeteꝰ feroci quidē aīo eſt ⁊ othumānidū genꝰ cūctis aīpōit. his
abſolutis: diſceſſit zyzymy ⁊ ad edes prexit·laudauit admodū pricepa mahume-
teꝰ pōtificis ⁊ ſacri ſenatꝰ cultū pōpā ⁊ obſeruātiā: ſolatioqȝ ſibi fuit hec ꝯſpexiſſe·

Guillelmus Caourſin Rhodiorum Vicecancellarius Hiſtoriam edidit.



Impreſſum vlme ꝑ ioannē Reger. Anno dn̄i ꝛc. M cccc xcvj. Die. xxiiij. Octob

BIBLIOTECA NACIONAL